

accidunt, quam proxime ostendamus. **THE** Prob-  
 n o s. Nonne ab initio artem efficiendi vnam, ac-  
 quirendi alteram partientes induximus? **THE** Cer-  
 te. **HO** S. Diuisa postmodum acquirendi arte sub ea  
 Sophistam imaginari somus in veneratione, certami-  
 ne, mercuria, & huiuscemodi speciebus. **THE** Sic  
 prius est actum. **HO** Nunc vero postquam imitari-  
 di quoque ars Sophistam complexa est, constat in  
 primis artem hanc efficiendi esse bifariam diuiden-  
 dam. Imitatio quippe, effectio quaedam est, simula-  
 chroreum scilicet, non vteram rem, quemadmo-  
 dum supra diximus. Nonne? **THE** Proculdubio. **HO**  
 Effectio igitur facultatis dux primam sint partes.  
**THE** Quae? **HO** Diuina & humana. **THE** Nondum in-  
 telligo. **HO** Si modo quae initio dicta sunt, recorda-  
 mur, effectioem facultatem dicimus vim quandam  
 quae causa est vt sint postea, quae ante non fuerant.  
 Recordamur. **HO** Animalia cuncta mortalia,  
 plantaeque, quae quocumque terra ex seminibus radici-  
 busue nascuntur, & quae quocumque inanimata in terra  
 consistunt, sine liquesceri possunt, sine non possunt,  
 nuncquid alio quodam officio fabricata, quam Deo,  
 facta esse, cum prius non fuissent, dicimus? an mul-  
 torum doctrinam feroneque sedabimus? **THE**  
 Quorum? **HO** Dicentium ista natura ipsa gigni a  
 causa quadam sortita, sine mente haec agente: vel  
 cum ratione potius scientiae diuina, quae ab ipso  
 Deo sit orta. **THE** Ego forte propter etate plerun-  
 que, tum haec, tum illud opor. In praesentia vero ad te  
 respiciens, putansque existimare te, per Deum haec  
 omnia gigni, idem ipse quoque existimo. **HO** Re-  
 cte admodum Theate. Ac si te putarem in po-  
 tuerim aliter opinatum, nunc ratione simul cum  
 necessaria quadam persuasione, vt nobis crederes  
 effectorem. Quoniam vero eius ingenij esse te no-  
 ui, vt etiam sine nostra demonstratione videri ad illa  
 sis profecturus, ad quae nunc trahi te dicis, dimittam.  
 Nam superuacua disputatio talis est. Ponam vero  
 illa, quae natura gigni dicuntur, arte diuina fierique  
 autem ex his ab hominibus componuntur, huma-  
 nae, atque haec ratione duo effectiois facultatis ge-  
 nera, humanum videlicet, & diuinum. **THE** Praela-  
 re. **HO** Cum vero dux sint artes, vtranque bifa-  
 riam diuide. **THE** Qui? **HO** Quemadmodum ars  
 effectrix vniuersa per latitudinem est diuisa, ita  
 nunc per longitudinem diuidatur, atque ita qua-  
 torum illius partes efficiuntur, dux quo ad nos huma-  
 nae, dux iterum quo ad deos diuinae. **THE** Profecto.  
**HO** Ex his quidem rursus aliter nunc diuisis, v-  
 triusque partitionis pars vna est effectrix, reliquae au-  
 tem imaginariae nominantur, vnde rursus efficiendi  
 facultas in duo diuiditur. **THE** Dicis iterum quem-  
 admodum vtranque. **HO** Nos vtique & animalia  
 cetera, eaque ex quibus illa gignuntur, ignis & aqua,  
 horumque germana, a Deo omnia procreata sci-  
 mus singula illa effecta atque opera, an non? **THE**  
 Nempe. **HO** Post haec horum simulachra sequun-  
 tur, diuina quadam industria producta. **THE** Quali?  
**HO** Phantasmata enim quae dormientibus occur-  
 runt, quae in die per se abique arte videntur: v-  
 tra quidem cum tenebrae igni miscetur: duplex  
 autem, quando lumen proprium & extraneum cir-  
 ca perspicua seuisque in vnum concurrent, sensum-  
 que contrarium solitae visionis praebens, speciem  
 efficit. **THE** Duo ergo sunt ista diuinae effectiois  
 opera, res videlicet fingulae, singularae res sequen-  
 tia simulachra. **HO** Ars autem humana, nonne

per architecturam domum fabricat, per picturam  
 vero domus imaginem, veluti quoddam humanum  
 informium vigilansque factum? **THE** Nulli dubium.  
**HO** In aliis quoque similiter per duo partitiendo, ge-  
 mina opera effectiois nostrae adionis iuuenimus.  
 Ipsam quippe rem principali facultate, imaginem  
 vero aemulatrice illa facientes, the. Nunc melius in-  
 telligo, ac duas bifariam pono effectiois species fa-  
 cultatis. Primo siquidem in diuinam partior, & hu-  
 manam secundam alteram diuisionem: secundum  
 vero alteram in rem ipsam, & in imaginem quo-  
 ductum. **HO** Reminiscamur obsecro duo dixisse  
 effectioem. **HO** Effectiois facultatis genera esse oportere, ali-  
 millationem scilicet & phantasticum, si modo ali-  
 quid reuera falsum, the. Dicitur certe. **HO** Non-  
 ne constituitur deoque nunc ipsi duas sine controuer-  
 sia species admodum erabimus? the. Sane. **HO** Phan-  
 tasticum itaque rursus in duo secatandum. **THE** Quo-  
 modo? **HO** Vnum per instrumenta factum, alter-  
 tum illius, qui sese instrumentum phantasia effi-  
 cientis exhibet. **THE** Qui illius est? **HO** Quoties  
 aliquis figuram tuam vlturans, corpori suo aut vo-  
 cem voci consimilem videri facit, imitatio ista  
 phantastica nuncupatur. the. Vtique. **HO** Imita-  
 torum hoc appellantes ita distubiuamus, & reli-  
 quum omne quasi iam quietis quibus praetermita-  
 mus, concedanturque alteri, vt in vnum colligat, &  
 conueniens ipsi tribuat cognomen. **THE** Distri-  
 buatur vt vis, & hoc dimittamur. **HO** Hoc praetera  
 duplum, o Theate, existitandum. Quam vero  
 ob causam, animaduerte. **THE** Dic. **HO** Eorum  
 quae imitantur, aliqui cognoscentes quod imitan-  
 tur, hoc agunt, alij autem ignorantes. An maiorem  
 aliquam discrepantiam diuisionemque, quam igno-  
 rantiae cognitionisque ponemus? **THE** Nullam. **HO**  
 Nonne ea eam modo dicebamus, cognoscentium imi-  
 tatio erat? **THE** Quam quippe tuam imitator ille,  
 qui te cognoscit. **THE** Ille ipse. **HO** Quid autem  
 de iustitia virtutisque vniuersae figura dicendum?  
 an non multi dum ignorant, nosse autem hanc  
 opinantur, quod illius videtur id ipsum imitantes,  
 tam verbis, quam operibus anouuntur, vt inesse  
 ipsis appareat? **THE** Atque admodum multi.  
**HO** Nunquid ita illos spes fallit, vt sic uti non  
 sunt, ita nec etiam videntur? an contra? **THE**  
 Contra. **HO** Imitatorem hunc diuersum ab il-  
 lo superiori dicemus, ignorantem & cognoscentem  
 the. Dicemus planè. **HO** Vnde igitur nomen  
 vtriusque proprium deducatur? an videlicet dif-  
 ficile est: in quia causa quadam vetus diuisionis ge-  
 neris in species, superioribus nostris ignota fue-  
 rit, adeo vt nemo partiri contendit, ideoque  
 nomen inopes esse necesse est? **THE** Et si dictu  
 audacius videri potest, declarationis tamen discretio-  
 nisque gratia, imitatioem illam opinionis comitem  
 opinabilem imitationem: istam vero quae scientiae,  
 historicae quadam scientiamque imitationem  
 vocemus. **THE** Esto. **HO** Harum quidem appel-  
 lationum altera duntaxat vtendum. Nam sophis-  
 tam, etsi in genere imitantium, non tamen in ge-  
 nere scientium posuimus. **THE** Sic est. **HO** Huncita-  
 que opiniosum imitatore tamquam ferrum exa-  
 minemus, sitne solidus, simplexque, an contra ge-  
 minus, duplexque in se quiddam habens? **THE**  
 Examinemus. **HO** Sane. Certè admodum implex.  
 Nam sophista alius fatuus & ineptus est, quae opi-  
 natur.

ut dicitur  
Sophista

ultima  
pauca des-  
unt.

natur scire se putans. Alterius vero forma, propter  
 variam in sermonibus reuolutionem, certe suspicio-  
 nem plurimum metumque habet, ne forte ignoret  
 illa, quae coram aliis scire se simulat. **THE** Omnino ex  
 veritate generib. est, vt narrasti. **HO** Nonne igitur  
 vnum quidem simplicem, alterum ironicum imita-  
 torem ponemus? **THE** Conseruatum est. **HO** Huius  
 iterum genus vnum an duo dicimus? **THE** Tu vide-  
 ris. **HO** Cogito quidem, ac duo cogitanti mihi se of-  
 ferunt. Vnus quidem publice prolata oratione apud  
 populum ironia vrens: alter priuam inuicem quibus-  
 dam captiuiculis cogens eum, qui cum ipso dispu-  
 tat, sibi metum in sermonibus contradiere. **THE** Rectè ad-  
 modum loqueris. **HO** Quomodo superiorem illum  
 denominabimus? cuiusmodi, an popularem? **THE** Po-  
 pularem. **HO** Alterum vero Sophon, id est vocem  
 an Sophisticum? **THE** Sapientem quidem vocem  
 posuimus. Quoniam vero sapientem imitatur, cog-  
 nomentum quoddam illius simile sortietur. Ac de-  
 mum intelligo, hunc ipsum profusum, & reuera Sophi-  
 stam appellari decere. **HO** An non vt supra, ita nunc  
 nomen eius colligabimus sine iterum ad principium  
 omnia complexi? **THE** Omnino. **HO** Is demum So-  
 phistam vero definit, qui generationem eius, & fir-  
 mem esse istam asseruerit. Sophista inquam est, qui  
 in sermone disputantem cogit contradiere sibi ipsis,  
 qui & ironici pars est, ab imitatore opinioso veniens,  
 phantasticum item generis, ab imaginaria facultate  
 profectus, non diuina, sed humane effectiois de-  
 terminata progenies, est eorumque numero qui ver-  
 bis, quasi quibusdam praestigijs, mirum in modum  
 decipiunt auditores. **THE** Ita profus dicendum.

MARSILII FICINI APOLOGVS IN LIBRVM PLATONIS, DE REGNO, & ab Federicum Vrbinum ducem semper inuictum.

Propter optimis maximis, cum aperire tale in terra quon-  
 dam regnum profectus quale in celo semper apud se consti-  
 cit, tam diu per ipsum diuini regis idem, regnum quendam  
 diuinum, animam demum in terras. Conuictusque, calidus  
 imperantis, vt omnes futuro huic regi suffragarentur, quem su-  
 peri quidem, & a fide regia Federicum, & ab orbis imperio  
 Orbibanentem Ducem iam nominarent, homines vero mutatis  
 literis Federicum Vrbanentem Ducem esse appellatur. Affen-  
 sere omnia Iouis praeter Inuocem nomina. Sola enim Iuno cras-  
 sioris aetris ambrosiosa regina caeleste terris regnum haletus  
 inuadet. Vtrum Pallas Mercurijque, fauentibus alijs, & teste  
 Veritate, coronam sequebatur, regnum iam pridem vno eidem,  
 cui & Iupiter libensissime contulerunt. Cum vero academia  
 passim Palladam, Mercurijque, colat atque sequebatur, ipsa quo-  
 que regnum orbis, totius monarchiam, qualem diuinitus Pla-  
 to describit, Federico Vrbinati ducem ex Iouis sententia,  
 tum ex testimonio Veritatis optimè merito felicissime tribuit.

PLATONIS CIVILIS, VEL DE REGNO.

MARSILII FICINI ARGVMENTVM.

Vm Deus atque natura hominem agere producat, cum  
 certe producat, vt agat, regat inquam gratia diuinorum,  
 quaedamque vero alius finis est cuius gratia natura efficit  
 pollicetur, alius cuius gratia manus suae pedes, alijque, vnum ad  
 quem totum efficit hominem: sic alius finis est ad quem homi-  
 nem dirigit singulariter, alius quoque ad quem similitudinem, i-  
 temque alius ad quem existit et atque regnum. At denique fi-  
 nis ille existit ad quem est optimus, cuius gratia Deus totum ge-  
 nus humanum procreant. Nemo igitur existimet, cum propri-  
 cuiusque, cuius certus sit finis, nullum esse totum: cumque huma-  
 na vita partibus suis ordo, in vniuersa tamen vita genere esse  
 consuetudinem: denique cum partes ab suis vniuersa intentionem  
 inter se habeant vniuersum totum ipsum esse diffusum. Quoniam

abtem necesse est certum esse hominis generis finem, cum in  
 alio quodam circa perfectiorem consistere per quem & ipe  
 riora pro vobis amittat, & diligenter inferiora gubernet: scru-  
 tia quidem naturalia perferuntur, prudentia vero diuisa  
 humana pietate autem diuina colat atque veneretur. Eiusmo-  
 di ergo finis vitam extendit geminam, & in alio & in con-  
 templatuae similitudine collationem pro totum patitur, vt illa con-  
 templatuae tantquam diuinitatis gratia sit inferiora. Ceterum  
 ablatia vniuersa vita perfectior est, & in vniuersa  
 administrat, vnde vt neque a partibus quibusdam, neque a  
 vniuersa multum hominibus, sed ab vniuersis simul hominibus, quae  
 vere duntaxat possit expleti. Fieri vero non potest, vt tam di-  
 uersa generis per media iam diuersa ad vnum vniuersum com-  
 munitatem suam producantur, nisi ab vno per vnum quon-  
 dam legem cuiuslibet in vnum partem condantur. Quoniam ad-  
 modum neque sibi inuicem, neque genere similitudine ingenio dig-  
 guntur se differant, multumque admodum vniuersa ad for-  
 mam vnam educti conferunt, in vnam vniuersam communitatem  
 conuegantur & conueniunt oportet, nisi ab vno quodam  
 architecti vniuersa lege regantur. Quapropter vniuersa Platoni  
 cum regem quaterat quoniam monarchiam, principis architecto-  
 rum produxit in medium, scientiamque in vna tandem di-  
 uisionem genera. Quorum primam in cognoscendis, secundam  
 in agendis, tertiam in faciendis versatur. In prima architec-  
 turam geometriamque in secunda architecturam in vniuersa fabricam  
 ministrantem, collocat, & proinde architecti facultatem inter  
 speculationem solum solumque ministrerium modum esse pe-  
 tendam, magis tamen speculationem quam ministrerium esse pa-  
 riteriam, magis indicere solum, generatorem more, vniuersi  
 cuiusmodi imperare, officijque semper adesse. Qualem  
 ferme vni regem esse debere, qui videlicet & contemplati-  
 uum more vera diuinitate, & in vno alioque, sed sua  
 mandet agenda. Proinde Plato ex altissima sua diuisione, sua  
 definitione scientiae admodum necessariae, & Regem Home-  
 ricum more nominat generis humani partem atque caratorem.  
 Quomodo totius humani generis vni quosquid vniuersi  
 esse partem debere desinat, ubi Deum inquit quodam hu-  
 mani generis finis partem, sub quo & regnum illud Sarraci-  
 ni autem existit. Cuiusmodi vni quae regem humane vi-  
 ta quae nati indicat appellandum. Significat autem in v-  
 num esse imperium vniuersum conferendum, vt humana gubernatio  
 diuina quoniam similitudine, siquidem & Deus vni mundi  
 totius est rector. Quod quidem huius quoque vniuersi vniuersi  
 confirmatur. Principio si res mundi partem, Africam, Asiam,  
 Europam, regibus diuisa, vniuersa vniuersa, scilicet admodum  
 diuisa, vniuersa, vt vniuersa diuisa, vniuersa, quae quodque  
 in vniuersa bellum, aut saltem de faciliis aut alio quantum de re  
 discipulare cogantur. Itaque vel vniuersa ad vniuersum, vni-  
 uersa iudicium deferendum, vel ad quoniam quendam partem  
 vniuersa iudicium constitutum. Quae vniuersa tandem in vniuersa  
 necesse erit iudicium si modo sententia sit illius acquiescendum  
 imperium in eis vniuersa vniuersa, habere alioque nullius  
 momenti erit iudicium, fructusque iudicabitur, quod videri  
 possit regibus, vel magis, vel saltem agere potentibus assiluen-  
 dum. Vnum igitur oportet esse regem vniuersum iudicem, om-  
 nibus praesulibus venerandum. Praetera vniuersum exten-  
 plar subiecti oportet esse regem. Maxime vero talis erit si  
 vni fuerit ante omnes in quem oculis cuncti conuertant. Qui  
 si orbem totum possiderit, nec regnum cunctis affertabit, nec  
 alius inuadet. Quae dicitur scilicet cupiditas & inuidia, sicut  
 rapinae & bella passim procreat. Et cum sua cuique ob-  
 vniuersa sunt, maxime diligit omnes tanquam suos, patrioque  
 omnes diligit nationes, patrioque curabit. Operabit omium  
 sanctorumque, cupiet tranquillitatem, bonorumque omnium capi-  
 tum, quali vniuersa monarchia vniuersa quodam apparuit in-  
 perante Othmano Sultani vero & iustissime vniuersum, cum v-  
 niuersi nullus vniuersum pateat sine aditu sub monarchia, &  
 quomodo in minima peccata licentia iam in summa liberta-  
 te vniuersum, non vniuersum, paucis potest, vel insensibus populi  
 subiecti furoris, sed a sapiente & iusto pioque, regis sic ad com-  
 bonum perducit, tanquam nauta a praedente in vniuersum imperatoris  
 ad portum. Quae quidem in re & qui reguntur obtemperando  
 regi sibi ipsi consilient, & rex ipse non tam sibi met quam cunctis  
 qui sua cura a Deo commissi sunt, vniuersum. Rectè a gubernatio  
 quem admodum in libro De Regni diffinitur, gubernatorem  
 quidem eorum, qui gubernatur gratia, non vniuersum gratia  
 gubernatoris in vniuersum. Ceterum praeter ea, & medicos, mones  
 3 vt med



equidem, & iam mihi videtur, vnam commune hominum, alteram brutorum esse custodiam. ho. Promp-  
te omnino ac foriter disereuisti. Cauendum pro-  
prie, tamen, ne posthac nobis id accidat. s. o. Quid  
cauendum mones? ho. Ne vnam exigentiam particu-  
larum aduersus amplas plurimasque fecerimus, ne-  
que illam ab sique specie capiamus, sed pars illa simul  
speciem habeat. Pulcherrimum namque est, quod qua-  
ritur ab aliis statim discernere, si modo recte id fiat,  
quemadmodum ipse paulo ante de diuidendo iudi-  
cans, diuidere properasti, sermonem videns altero  
membro ad homines declinantem. Ceterum haud fa-  
tis amice, tuti est, ad extremum nimisque tenuiter  
omnia profecisti. Praestat autem per media progredi parti-  
tendo. sic. n. facilius meliusque ideas inuenimus. Hoc  
autem ad illa quae perquiruntur, totum referet. s. o. Qua  
ratione istis Hofpes? ho. Conandum ob ingenij tui  
beneuolentiam, vt clarius explicetur. In praesentia  
quidem hoc quod propositum est, declarata ita, vt  
nihil desit, impossibile est. sed referendum alius pau-  
lo perspicuitatis gratia fuerit. s. o. Quid igitur in hac  
nostra partitione culpas? ho. Tale quiddam: si quis  
humanum genus in duo fecare contendens, perinde  
partiantur, ac multi nostrum partiantur, hi sane Gre-  
corum genus tanquam vnum a ceteris omnibus sepa-  
rant. Cunctos namque homines innumerabiles &  
nulla inter se ferre sermonisque communione deuin-  
ctos, barbarico nomine signant, & ob hanc vnam ap-  
pellationem genus quoque vnum vniuersum hoc  
arbitrantur. Simile esset praeterea, si quis numerum  
in duo diuidere volens, decem milia seorsum ab al-  
iis caperet, vt speciem vnam: reliquos insuper vno  
quodam imposito illis nomine, vt vnum genus po-  
neret. Rectius autem & per species magis ac per duo  
membra diuisio fieret, si quis numerum quidem per  
par, & impar, hominumque genus per marem femi-  
namque diuideret. Lydos autem & Phrygias, aut al-  
ios quosdam, tunc a cunctis aliis segregaret, cum &  
spes, & facultas sibi deesse generis inueniendi simul  
ac partis, vt trunco eorum, quae sint dissecta. s. o. Sci-  
te loqueris Hofpes. At illud qua ratione planius in-  
telligi possit, ostende, non idem, sed aliud esse par-  
tem atque genus. ho. O virorum optime Socra-  
tes, haud leue quid postulas. Longius modo, quam  
debet ab instituto digressi sumus. Tu vero vltimus  
etiam peragari iubes. Nunc porro, vt decens est,  
illuc vnde discessisti, reflectatur oratio. Ad hanc aliam  
otium nacti, quasi per quaedam vestigia diuertemus.  
Veruntamen diligenter hoc cauebis, o Socrates, ne  
putes certum quiddam de hoc ex me audiuisse. s. o.  
Quo de? ho. Inter se partem speciemque differre.  
s. o. Cur nam? ho. Quicquid est alicuius species,  
eiusdem pars quoque sit necesse est, cuius species es  
se dicitur. Partem vero esse speciem, vel speciem esse  
partem, non est necessarium, hoc modo me potius,  
quam alio dicere semper, o Socrates, asserere. s. o. r.  
Fiet vt iubes. ho. Posthac autem mihi dicas. s. o. r.  
Quid? ho. Hoc inquam, vnde hic digressi sumus.  
Rede equidem eam ob causam hucusque nos ab-  
rasisse, quod tu interrogatus, quae in membra gregis  
nutritio diuideretur, admodum prompte respondi-  
sti, duo quaedam esse animantium genera, alterum  
quidem hominum, alterum vero brutorum simul  
omnium vnum. s. o. r. Verum est. ho. Tunc sane  
mihi visus es parte quaedam ablata, residuum omne  
genus vnum animalium ob id putauisse ponendum,  
quod vno quodam communi nomine appellare po-

Quae diff-  
tencia inter  
partem & spe-  
ciem.

teras omnia, dum bruta vocabas. s. o. Sic est actum.  
ho. Hoc, o omnium fortissime Socrates, perinde  
videtur esse, ac si quod aliud animal vt grus, aut a-  
liud tale prudentiae particeps, eodem quo tu pacto  
grues rationales voceris, sibi ex eo placens, atque hoc  
quidem genus vnum aliis animantibus oppositum  
ponat, cetera vero cuncta simul cum hominibus, com-  
plectens, genus alterum bruta vocet. Conemur ita-  
que nos ab omnibus huiusmodi erroribus declina-  
re. s. o. Quae via? ho. Non animalium genus vniuer-  
sum diuidentes, quo minus in his delinquamus. s. o.  
Neque. n. oportet. ho. Atqui iam supra deliquimus.  
s. o. Quis? ho. Partem illam contemplatricis scientiae,  
quae ad imperandum spectat, eius generis esse con-  
sistit, quod animalia curat, animalia videlicet grega-  
bilis. Nonne? s. o. Ita certe. ho. Quare tunc quoque  
omne animalium genus in ferum, & mansuetum est  
distinctum. Quae enim sic natura instituta sunt, vt  
mansuetecere possint, cicuria appellata sunt, cetera  
vero syluestria. s. o. Egregie. ho. Scientia vero illa  
quam quaerimus, in domesticis est, & erat, & circa  
genus animalium sociabile quaerenda videtur. s. o.  
Sane. ho. Ergo ne ad cuncta simul respiciendo, vt  
tunc, diuidamus, neque in partiendo nimium pro-  
peremus, vt repetente ciuilem scientiam comprehen-  
damus. Nam nimia festinatio fecit, vt illud quod pro-  
uerbio fertur, nunc nobis contingeret. s. o. Quid-  
nam? ho. Vt cum nimis in diuisione properauerim-  
us, tardius abfoluamus. s. o. Emerito quidem Hof-  
pes id egit. ho. De his quae idem ita Rursum autem ab  
initio communem nutritionem animalium diuide-  
re conemur: forte namque quod tu vehementer asse-  
ctas, sermo ipse gradatim ad finem suum deductus,  
clarius demonstrabit. Responde ad hoc. s. o. Ad quid  
respondeam? ho. Hoc forsitan & multis audisti, ne-  
que enim arbitror interfuisse tuis, qui circa Nilum  
pisces ipsos manifestant, aut circa regis lacus.  
Sed quod circa fontes sit, fortassis ipse vidisti. s. o.  
Et haec ipse vidi, & illa ex multis audiui. ho. Quin etiam  
quod quidam greges anserum, & agrum palcant, ce-  
si nunquam in agris Thesalicis esse verfatiss, audi-  
sti tamen, & credis. s. o. Proculdubio. ho. Hec abs-  
te ideo seiscitatus sum, quia animalium illa quae gre-  
gatum sit custodia, partim aquaticorum, partim ter-  
renorum esse videtur. s. o. Est profecto. ho. Con-  
sentis gregis custodiam sic esse bifariam distinguen-  
dam, vt partim humida, partim sicca animalia nut-  
triat? s. o. Consentio equidem. ho. Vt iam vero  
istarum regia respiciat diligentia, nullus quaeret:  
nam nemini dubium. s. o. Nemini. ho. Vnusquis-  
que enim praecipue aridorum nutritionem distin-  
guet. s. o. Quae in membra? ho. In volantium gra-  
dientiumque custodiam. s. o. Sic veritas habet. ho.  
Quod ciuilis facultas circa illa quae gradiuntur, dun-  
taxat versetur, vel illudissimum quilibet, vt ita dixe-  
rim, animaduertet. s. o. Absque controuersia. ho.  
Gressibilis praeterea generis alimoniam, paris instar  
numeri in duo quaedam partiri debemus. s. o. Patet.  
ho. Illuc porro quod sermo noster tendit, gemini  
calles ducentes nos posse videntur. Alter quidem bre-  
ui quodam tramite, dum angustam particulam ab  
ampla secerit. Alter vero longiori ambitu, dum  
praecipuum illud seruat iter dictum, vt per me-  
dia diuisio fiat: licet vtrum volumus, ingredi.  
s. o. Crat. An per vtrunque proficisci non licet?  
ho. Non simul, o mirifice adulescens, sed seorsim  
licet. s. o. Vtrunque ergo seorsim eligo. ho. Facile  
id qui

Pronunciatio

Generatio  
promiscua  
& duplex.

Circa Nilum  
pisces man-  
ifestari.

id quidem, cum exiguum sit quod restat. Sane in prin-  
cipio mediocriter durum hoc nobis preceptum  
fuisse. Nunc autem postquam ita videtur, legiorem  
prius vnam ingrediendam. Nam cum non ita pridem  
aggressi rem simus, iter longum leuius perage-  
mus. Distinctionem itaque hanc vide. s. o. Die mo-  
do. ho. Quis gradientium, mansuetorumque & gre-  
galium genus in partes duas secundum naturam di-  
uisum est. s. o. Quomodo? ho. In cornibus, munitum,  
& cornibus carens. s. o. Apparet. ho. Curam gra-  
dientium diuidens, vtriusque partis conditionem  
sermone describe. Nam si nominare ipsa volueris,  
rem nimis circumplebis. s. o. c. Quomodo  
ergo dicendum generis? ho. Ita cum gradientium  
cura bifariam distincta sit, hoc in cornifera gregis  
parte est, illud in non cornifera. s. o. Sic ista sint dicta,  
nam satis ostensa sunt. ho. Constat itaque regem,  
gregis cuiusdam cornibus carens pastorem esse.  
s. o. c. Constat sane. ho. Hoc itaque grege diuiso,  
quod ab ipso rege sit exhibere conemur. s. o. c. r.  
Omano. ho. Vtrum placet ipsam solidipedum  
differentia filisiumque diuidere? an potius genera-  
tione propria & communi? Intellegis enim? s. o. c.  
Quid? ho. Quod equorum, & asinorum generis in-  
ter se promiscua generis. s. o. Nempe. ho. Reliqua  
vero domestica, & focalis generis animalia, sine  
aliena commixtione, propria tantum ex specie pro-  
creant. s. o. Perspicuum cuiusque. ho. Ciuilis itaque  
disciplina nunquid promiscua generationis anima-  
lia, an simpliciter curat? s. o. Immixta, ac simpliciter pro-  
culdubio. ho. Hanc vtriusque animalium naturam  
quemadmodum in superioribus hucusque seruauimus,  
gemina per membra fecare debemus. s. o. c. r.  
Decet. ho. Enimvero totum hoc animalis genus  
domestici gregalique, quod citius vocant, generibus  
duobus exceptis, iam dileximus. Genus porro can-  
inum inter gregalia pecora numerare non decet. s. o.  
Non ceret, sed quo pacto hoc duo diuidemus? ho.  
Hoc inquam, quo re ad Theoretici distribuere decet,  
quandoquidem in geometria versati estis: Diame-  
tro scilicet, & diametri rursus diametro. s. o. Qui-  
sthus ais? ho. Nunquid aliter generis humani con-  
ditio ad progredientem naturam instituta est, quam dia-  
metrus potentia bipes? s. o. Haud aliter. ho. Reliqui  
sane conditio generis rursus secundum potentiam  
nostrae potentiae est diametris, quippe cum bis duo-  
bus sit pedibus constituta. s. o. Nihil obstat quo mi-  
nus sit huiusmodi. Ac penes iam quod ostendere vis,  
intelligi. ho. Cernimus quid insuper tibi dignum,  
o Socrates, nobis in superiori diuisione contingerit  
s. o. Quiddam? ho. Genus hominum commixtum,  
vnaque cum genere generosissimo omnium atque  
facillimo currentis. s. o. Certo, & quidem clare, quam  
sit absurdum. ho. An non conueniens est, quae tar-  
dissima sunt, nouissima peruenire? s. o. Cofentaneum.  
ho. Istud autem nequaquam aduertimus, quod ma-  
gis ridiculus rex apparet, vna cum grege hominum  
discurrentis, cunctissime cum illo peragens, optime  
omnium ad vitae facilitatem exercitator? s. o. Om-  
nino quidem. ho. Nunc illud liquido patet, o So-  
crates, quod in sophistae inquisitione est dictum. s. o.  
Quid illud? ho. Quod huiusmodi disputandi ratio  
methodica non magis venustum, quam inueni-  
entiam curat, nec plus breuiorem, quam longiorem  
viam facit, solum autem quod est venustum transi-  
git. s. o. Videtur. ho. Post hoc ne mihi succenseas,  
de via ad regis definitionem constituendam breuio

ri percontans, ipse tibi vltro progredior. s. o. Omni-  
no. ho. Dico igitur oportuisse supra gressibile ani-  
malium bipes, & quadrupes distribuerem: quae ho-  
mo tunc solo cum voluit superaret, rursus genus  
ipsum bipes in nudam impleret, iue, & pennigerum  
diuidere: hac distinctione peracta, atque hominum  
nutritio, & conseruatio monstrata, ciuilem iam &  
regium vitam ipsi instar aurige praeficere, eique ciui-  
tatis habenas gubernaculique tribuere, quasi scien-  
tia hanc illis sit propria. s. o. Optime tu quidem, &  
tanquam debitum mihi hanc orationem persolu-  
isti, digressione ipsa serioris loco adiecta, ac penitus  
adimplata. ho. Age itaque a principio ad finem ser-  
monem de ciuilis artis nomine colligamus. s. o. Pro-  
fus. ho. Scientiae igitur illius quae in contemplando  
versatur, pars vna imperandi perita est, hanc assimi-  
lata est facultas illa, quae per se huiusque sponte impe-  
rat huius membrum haud facile exiguum animalium  
nutritio: huius item, gregis alimoniam, huius anima-  
lium denique gradientium alimoniam: huius rursus spes-  
cies illa, quae animalia ciuilem ciuilem pacit. Huius  
partem, vt minimum triplicem complecti necesse  
est, si quis vno nomine comprehendere velit, im-  
mixti generis pascendi scientiam vocans. Cuius por-  
tio est bipedum gregis homines duntaxat pascens, illa  
ipsa qua quoniam, imperatoria facultas est, quam  
regiam, & ciuilem partem nominamus. s. o. Pro-  
fus. ho. Probè igitur patet, o Socrates, a nobis, quem  
admodum iam dixisti, actum esse. o. Qua de re? ho.  
Quod propositum, sufficienter abfolutum sit.  
An in quaestione hoc maxime praetermissum quod  
descripsimus quodammodo, nondum tamen penitus  
definiimus. s. o. Quomodo illud ais? ho. Con-  
nabor quod sentio planius explicare. s. o. Dicam.  
ho. Cum multas pastorum facultates esse constite-  
rit, vna quaedam illarum vniuersae custodia gregis,  
ciuilis ipsa disciplina visa est. o. Profecto. ho. Hanc  
neque equorum, neque aliorum etiam brutorum,  
sed hominum tantum in commune esse nutritionem  
ostendimus. s. o. Id quoque. ho. Pastorum itaque om-  
nium, & regum differentiam propriam videamus.  
s. o. Quam? ho. Si quis forte alterius artis nomen ha-  
bens, gregis humani in commune nutritionem sibi  
vendicet, quid dicendum? s. o. Qua ratione inquis?  
ho. Si mercatores inquam, agricultores, & coqui,  
gymnastici insuper ac medici, aduersus pastores  
quos politicos appellamus, surgerent, asserere que-  
re: esse pastores illos hominum: quippe qui vtiuem  
non plebi solum, verum etiam regibus, magistratibus-  
que suppeditent. s. o. An non vera decerent? ho. For-  
te, & hoc vtrique consideremus, scimus. n. quod cum  
babulo de his nemo certat: ipse enim sine contro-  
uersia armentum pastor est, qui boues curat, ipse medi-  
cus, ipse pronubus, & solus peritus artem obsteritiae  
quae ad nascendum partus fieri que pertinet. Pre-  
terea nemo melius iocis, & musica armentum, quan-  
tum natura horum capax est, oblectat, trahit & mul-  
cet, siue organis, siue ore solo gregis sui iustitiam  
tractans. Eademque est de ceteris pastoribus ratio.  
Nonne? o. Maxime. ho. Quo pacto igitur sermo il-  
le de rege rectus integreque videbitur, quando pas-  
torem illum, & nutritorem humani gregis ponimus,  
solum ipsum ab aliis decerentes, cum aliis multi de  
hoc ipso contendentes? o. Nullo modo. ho. An non  
merito paulo ante dubitauimus, quando suspiciti  
sumus, ne figuram quandam regis duntaxat indu-  
ceremus, nondum tamen ciuilem ipsum perfectè  
defini-

desinere, nisi prius illos, qui cum eo sese implent, & pallores esse non minus, quam ille proficiunt, comprehendamus: & ab illis regem fecerentes, purum illum formam ostendamus? s.o.c. Recte nimirum. **H** o s. Hoc igitur nobis, o Socrates, agendum est, nisi velimus in sine sermonis infamiam reportare. s.o. Atqui istud nequaquam expedit. **H** o s. Rursus ab alio principio, alia quadam via incedendum. s.o.c. **Q**uare **H** o s. locum quemdam interficere his oportet, magna que parte proluxa fabulae vti, & quod restat, ut supra fecimus, exequi, partem semper partis subdividendo, atque ita ad summum quod est quatuor, deducere, nonne oportet? s.o.c. **O**portet sane. **H** o s. Sed iam fabellam, quod pueri solent, accipere dicitur auribus, neque enim a puerilibus annis procul abis. s.o. **D**ic, amabo. **H** o s. Erat igitur, & adhuc erit multa vetularum rerum memoria, & inter cetera memorabile prodigium, quod circa Atrai Thyestis que contentione referitur. Audisti namque ac meminit quod tunc accidit tradunt. s.o. Nunquid autem agere ostentum dicitur? **H** o s. Nequaquam, sed de ortu solis observati, & aliarum stellarum mutatione. **V**nde **H** o s. nunc exornatur, tunc occidebant, & contra exornabantur. Tunc vero Deus testimonium præbens Atræo in hanc caelum figuram mutavit. s.o. **F**ecit ut dicitur. **H** o s. Quin etiam e multis de Saturni regno audivimus. s.o.c. **E**x multis certe. **H** o s. **Q**uid verononne & profecto illos e terra procreatos, haud vero ex se inuicem? s.o. **H**oc quoque in antiquis rebus commemoratur. **H** o s. Cuncta hæc ab eadem affectione proficiuntur, & alia præter hæc per multa his mirabiliora: verum magnitudine temporis partim deserunt, partim ab ordine sparsim feruntur: affectionem vero illam que horum omnium causa est, nemo vti que dixit. Nunc autem dicendum est, nam ad regem ostendendum conferet. s.o.c. **P**raclare loqueris. **R**eferas ergo, neque aliquid prætermittas. **H** o s. **A**udi iam. **V**niversum hoc alias Deus ipse regit, agit atque rotat: alias vero dimitit, cum mundi circuitus competentia sibi curricula temporis expleuerunt. **M**undus vero vltro ac libero tum motu contra reflectitur. **N**am & vivit, & sapientiam ab eo, qui ab initio construxit illum, est sortitus. **C**ircuitus autem necessario ipsi hæc ob causam innatus est. s.o. **Q**uam ob causam inquis? **H** o s. **I**dem esse semper, & secundam eadem, & eodem se modo habere, solis omnium diuinitatis conuenit: corporis autem natura huius ordinis non est compos. **C**æterum id omne quod caelum mundumque vocamus, multa quidem, & felicia munera a genitore suscepit, corporis tamen participes, expers omnino mutationis cuiuslibet esse non potest: tamen quoad potest, in eodem, & secundum eadem, & vno motu mouetur: quapropter circuitum est adeptum, in quo minima agitationis suæ fit permutatio. **S**eipsum autem conuoluerit semper, ferre nihil potest, præter id quod cursum agitatus omnibus præstat. **M**ouere se autem id alia aliter, rursusque contrario modo, nefas est. **E**x his omnibus dicendum est, mundum neque seipsum conuoluerit semper, neque totum semper gemino contrariòque circuitu ab ipso Deo reflecti, neque rursus duos deos contrariis sententis ipsum vertere. **S**olum vero quod nuper diximus, restat, alias ab alia quadam diuina vi duci, vitamque rursus extrinsecus venientem, & im mortalitatem ab opifice suo preparatam suscipere: alias autem quando dimissus recurrit, per seipsum currere: quo tempo-

Fabula de hominibus terminis.

Cur circuitus eius, conditio diuinitatum.

Corporis participes non est mutationis expertus.

re potestate facta, retrogradum multa reuolutionum milia peragere, quia & maximus est, & vndeque pennis aquilibris, & minimo quodam cardine reuoluitur. s.o. **V**erisimilia valde ista omnia que commemorasti videntur. **H** o s. **E**x his que dicta sunt, affectionem iam illam conuoluerit consideremus, quam omnium esse diximus mirabilem causam. **E**st autem huiusmodi quadam. s.o. **Q**ualis? **H** o s. **Q**uod totius mundi motus modo ita vt nunc, modo contra reuoluitur. s.o. **Q**uo pacto? **H** o s. **M**utationem hanc exilimare oportet omnium caelestium alternationum maximam extremamque esse. s.o. **V**idetur. **H** o s. **Q**uamobrem consentanum est tunc maximas circa nos intra mundum habitantes, mutationes fieri. s.o. **V**erisimile id quoque. **H** o s. **N**eque vero nos latet, quam egrè, & difficile toleret animantium natura magnas, multas, & omnigenas mutationes. s.o.c. **C**onstat. **H** o s. **E**rgo animalia multa necessario tunc intereunt, hominesque superflui pauci, hi vero multis nouisque, & mirabilibus passionibus afficiuntur. **I**da autem contingit omnium maximum, sequiturque continuo reuolutionem illam, qua caelum contra quam, nunc, reflectitur. s.o. **Q**uidnam? **H** o s. **P**rin cipio in quacunque ætate quoduis animal est constitutum, in eadem progredi cessat, neque fit senis mortalium quicquam, sed in figura transit contrariam, iuniorumque & molliorem habitum induit, seniorumque cani capilli nigrescunt, & quibusque barbæ prius erant, iam barba deposita in prioris speciem relinuntur. **P**ubescunt quoque corpora pilis positus mollescunt, sensumque singulis diebus & noctibus decrescunt in puelli naturam redeunt, atque in huius animæ, quam corpora habitum subeunt puero rum, demum tabescentia deficiunt, & intereunt. **C**aduera præterea illorum, qui caelestis mutatione vertiginis subito corruerunt, idem patiuntur, & similitudine clam ac breui putrescunt. s.o. **Q**ue tunc erant hospes, animalium generatio? quoque modo ex se inuicem generabatur? **H** o s. **C**onstat, o Socrates, quod illis temporibus nihil genus hoc ex se se propagabat. **Q**uod autem dicitur, quandoque genus ortum ex terra fuisse, hoc ea tempestate fuit ex terra rursus reuertum. **T**radiderunt hæc nobis primi illi progenitores nostri, qui statim post primam reuolutionem orti sunt, hi sanè horum testes sermonum præconesque fuerunt, quibus minimè vltro nunc habetur fides, cum tamen admodum conuenit habere. **Q**uod vobis hinc sequitur, animaduertendum arbitror. **H**uic enim quod dicitur, senes in naturam regredi puero rum, hoc consonum est, quod ex mortuis, sed terra conditis, illi iterum tum reseruitur, reuiuiscensque quidam sequuntur rotationem illam caeli, siue seculari generatione in contrarium reuoluta, ac tertigenas hæc ratione necessario editos, sic nomine & sermone vocari, quocumque Deus ipsorum in aliam sortem non transiit exornauitque. s.o.c. **H**oc profecto e superioribus sequitur. **V**erum vita, quam sub Saturni regno esse dicitur, vtrum sub illis caeli conuersionibus, an sub his exitibus Mutationem quippe Solis, reliquarumque stellarum in vtrisque uoluntionibus contingere certum est. **H** o s. **O**ptime sermonem assequutus es. **Q**uod autem quærebis sponte omnia hominibus nasci, præsertim conuersionis minimè competere, sed superiori potius competebat. **T**unc fides totius circuitus principis curatoque primùm Deus exiit, vt nunc per varias mundi plagas singula ipsius partes, a diis principibus distributa sunt.

Animalia

Hominum vita sub Saturno.

Deiutor a mundi a diuinitate.

Animalium quoque genera gregatim distincta, demones quidam tamquam diuini pastores sortiti sunt, quorum quisque ad munus suum obeundum sufficienti cum esset, singuli singulis, sicut ille voluit, præficiebantur, quibus præerat ipse. **Q**uamobrem nihil aberat agreste, omnique rapacitas, & vorago procul aberat, abierat bellus penitus atque seditio: cetera insuper, que conditionem illorum temporum sequebantur, innumerabilia sunt. **Q**uod vero de victus facilitate, & libertate vite fertur, ob id est dictum, quod Deus eos pascebat, ipse illorum pastor & custos, quem admodum homines nunc, quorum natura diuini, maior, brutiorum pastores sunt. **D**eum itaque custodiente pollice nulle erant, neque marium seminarumque ad filios procreandos coniugia. **O**mnes enim ex terra reuiuiscabant, rerum præteritarum immemores. **A**berant autem euicem modo omnia. **F**ructus vero illis, & poma, & fruges abunde arbores, & fertile solum sponte sua absque agriculturæ opera suggererant. **N**uda quietiam, & expediti sub dio, vt plurimum pascebantur. **N**am tæperies illis innoxia, mollia quoque passim parata cubilia, quæ plurimis ex terra herbis repullulantibus. **V**itam, o Socrates, hominum sub Saturno videntur audis: hanc vero, quam Iouis esse tradunt, præfens ipse sensisti: vtra vero sit, hanc iudicare neuis, ac potes: s.o. **M**inimè omnium. **H** o s. **V**isne igitur ego quodammodo tibi diuidem? s.o.c. **E**t maximè quidem. **H** o s. **S**i Saturni quondam altissimi in tanto orio, & libertate vite potentisque, non solum inter se, sed etiam cum bellis colloquendi, hinc omnibus ad philosophiam vtebantur, inter se, & cum bellis viuentibus, sciscitantisque ab omni natura, quecumque propriam sententiam vni aliquam differentem ab aliis haberet, ad prudentiam acquirendam, facile iudicari potest illos longo quodam intervallo nosse ad beatè viuendum exuperasse. **S**inautem epulis assatum, & poculis fatiatis inter se, & cum bellis tales fabulas conferebant, quales de illis nunc referuntur, hoc quoque ita, vt mea fert opinio, facile admodum iudicaretur. **S**ed hæc omittam, donec alios horum idoneus appareat nuncius, qui nobis referat, vtrum homines illi scientis, & consolationibus operam dederint: cuius autem gratia fabulam hæc ingressi sumus, id iam dicendum, vt sequentia cum antecedentibus coniungamus. **C**um omnium illorum tempus esset expletum, mutationem que circuitus fore iam oporteret, terreno genere omni consumpto: quippe cum que libet anima generationes omnes impleret, quocumque mandata erant cuique, totidem vnaque que in terram semina proiecit: tunc vniuersi gubernator Deus, quasi gubernaculorum dimissis habentis in suis ipsius redit speculum. **M**idum vero deinceps factum reuoluit iterum, & cupiditas innata. **O**mnes quin etiam dii summi demones collegæ singulis prepositi regionibus, quod contigerat aduerentes, mundi partes desisterunt. **M**undus deinde contraria principis nisque sese agitatione reflectens, terræ motu ingenti interiora conuoluit, animalia rursus cuiusque generis vt plurimum perdidit. **A**t vero certis temporibus exactis curculis, confusio perurbatioque cessauit, & mundus a turbulento fragore desilens, solita simplici progressionem accurrit, & in ordine debito constitutus auctoritatem administrationemque & simplici, & eorum, que in se sunt, suscepit, auctoritasque sui gubernationem prouidit. **M**emor imitatus. **P**rin cipio igitur perfectus exequutus est, sed ab

ea demum imitatione longius degenerauit. **C**uius quidè defectus causa est natura corporis præfata nature fomes. **N**am quondam valde deformis erat, & ordinis expertus, antequam presenti ornatu decoraretur. **A**b eo sanè, qui ipsam construxit, bona omnia posside: a priori autem deformitate incommoda, & iniusta omnia, que intra caeli nascuntur, & mundus ipse sustinet, & animantium inferit. **D**um igitur animalia sua, vna cum gubernatore nutrit, mala quidem parua, bona vero ingenta paritudo autem sciungitur, in proximo discessus tempore perpulchre omnia ducit: verum procedente tempore obliuione iam occupatur: quapropter priors deformitatis vitium vehementius dominatur. **D**emum longo exacto tempore deflorescit, ac bona exigua procreans, malorum vero naturam his plurimam miscens, periculum subit, ne & ipse, & quæ in se sunt omnia, dissoluantur. **Q**uamobrem Deus ille quondam huius ordinis auctor, cernens mundum tanto in discrimine positum, miseretur: ac ne tumultu adeo turbulento fluctet dissoluaturque, & in locum dissimilitudinis infinitum mergatur, iterum adlat, & præfides, resumensque protinus gubernaculis, ægrotantia omnia dissolutaque antiqua sui agitatione conuertit, ornat, & corrigi, mortisque efficit illum, & senectutis expertem. **H**æc ergo cum dicitur dicitur Post Saturni est finis. **S**ufficit autem hoc ad regis ipsius ostensionem, si modo supra dicta teneantur. **C**onuersio n. iterum mundo ad presentis genituræ progressum, atque rursus vltra progredi delibit, & noua his contraria, que erat tunc, reddidit. **A**nimalia porro morti ob ipsam tenuitatem proxima aucta sunt: que vero nuper ex terra cina sit exerant, iterum in terram morientia reciderunt. **C**etera item omnia transmutata sunt, mundi totius sequentia passionem. **G**enerationis quippe, & conceptionis, & alimenti imitatio vniuerium ipsum necessario sequebatur. **N**eque enim dabatur amplius in terra, per causas multo opulentiores, animal fieri. **N**am quemadmodum institutum fuit, vt mundus motionis suæ dominus esset, ita simili quodam ductu factum, vt partes mundi per se ipsas, quoad fieri potest, generent, & nascantur, & nutriant. **I**am vero ad id peruenimus, ad quod omnis nostra respexit oratio. **D**ereliquis enim animantibus multa & magna referri possent, ex quibus quæque, & quas ob causas transmutata fuerint. **Q**uæ vero circa homines contingunt, breuiora sunt, & magis ad rem attinent. **C**um homines pastores præfidesque ipsorum demones essent prouidentia delicti, & animalia multa, que suapte natura immania fuerant, offerata iterum essent, inermes ipsi in becillitate, & custodia derelicti, ab illis passim dilaniabantur. **A**ccedebat interim, & imperitia superiorum temporum laborum inueni curatumque nescit vixerant. **T**ellus haud vltra victum sponte suppeditabat, parandi vero industria nondum inuenta, quia nulla necessitas illos ante cõegerat. **H**æc de causis in summum discrimen atque penuriam illorum redactæ res sunt. **Q**uapropter munera illa, que olim a diis tributa hominibus memorantur, necessaria quadam disciplinæ eruditioneque tributa fuerunt. **P**rometheo quidem ignis artes autem a Vulcano illiusque consorte: semina quoque, & plantæ ab aliis: omnia summatim vite hominum administracula, tunc deorum opera sunt comparata, cum homines deorum prouidentia deseruisset, oportet etque ipsos iam propagationis, & alimonie suæ curam habere, mundum diu

Necessitas

scit inuicem

scit inuicem

scit inuicem

di totius instat, quem imitantes omne per tempus sequentique, aliter aliterque nascimur atque degimus. Sed fabula iam finem habeat. Ea vero condiderit nobis ad dignoscendum, quantum supra in regis civiisque definitione erravimus. s. o. Quia in re, & quantum errasse nos dicis. n. o. s. Partim minus, partim generosius, magisque, & plus quam tunc erratum. s. o. Quo pacto: n. o. s. Quod enim dum quaereretur rex, civiisque vir ex praesenti circuitu generationeque, pastorem ex contraria conversione adduximus, & pro mortali gregis humani pastore Deum commemoravimus, longius transgressi sumus: quod vero civitatis vniuersae principem illum ostendimus, quo autem modo princeps esset, non declaravimus, verum quidem diximus, non tamen ad integrum perspicueque descripsimus. Quocirca minus in hoc, quam in illo deliquisse videtur. s. o. Vera loqueris. n. o. Exillimare ergo debemus, tunc demum nos civilem virum satis exposuisse, cum gubernandae civitatis modum ad sufficientiam discreverimus. s. o. c. Praclare. n. o. s. Ob hanc vti que causam cum fabulam incepavimus, vt non solum ostenderetur quicquid aduersus regem gregis humani illam in commune nutritionem sibi vendicant, verum, vt illum clarius intueremur, quem solum sic appellare decet, cum sicut pastor bouum omniumque, humani generis pascendi curam gerat. s. o. c. Recte. n. o. s. Reor equidem, o Socrates, pastoris illius diuini figuram maiorem esse, quam vt regi comparat. Ciuiles autem hos viros subiectis similes esse magis, siue naturam, siue educationem, siue disciplinam intueamur. s. o. c. Omnino quidem. n. o. s. Neque vero perferendum est, vtrum magis iniuste fuerint, vel vtrum ita sint, an aliter nati. s. o. c. Quidni enim? n. o. s. Sic porro iterum resumamus. Artem suapte imperio praecipientem, & circa animalia non priuam, sed publice prouidentem, supra statim gregis nutritionem vocauimus. Recordaris s. o. Recordor. n. o. s. In hoc vero est erratum. Nam civilem virum neque comprehendimus adhuc, neque denominauimus, sed eius nos adhuc nomen fugit. s. o. c. Quo pacto: n. o. s. Greges singulos pascere aliis omnibus pastoribus conuenit. Ciuili autem viro competens nomen non dedimus, cum deceret commune cunctis aliquid adhiberi. s. o. Vera nartas, si modo licebat. n. o. s. Imo vero licebat curationem communiter attri buere, absque nutritionis, aut alterius negotij distinctione: & aliam quandam appellationem inferre communem, siue gregis ductionem, siue curationem, siue diligentiam appellantes, atque ita civilem vna cum aliis complecti, postquam sic oportere ratio dictauerat. s. o. Optime. Verum quoniam pacto postea distinguendum erat: n. o. Quemadmodum gregis nutritionem diuisimus secundum gressibilibus, & volatilibus speciem, immixtorumque, & cornibus volantium, ita gregis & ductionem secundum eadem illa partim licebat, atque ita & Saturni regnum ac praesens fuisse sermone comprehensum. s. o. Videtur. Sed quid tum? n. o. Si ita impositum facultati illi nomen fuisset, vt gregis ductionem vocauissemus eam quam gregis nutritionem vocauimus, constat quod nemo aduersum nos contendisset, quasi curatio omnino non esset: quemadmodum & hoc non absurde contendatur, quod ars in nobis nulla sit nutritiua appellatione digna: & si qua sit, multis aliis prius magisque, quam regis id nomen competere. s. o. c. Recte. n. o. Nulla

vero ars alia de hoc contendit, quasi sit totius humanae communionis curatio magis amica mitiorique, quam regia. s. o. Recte loqueris. n. o. Post hac nunc quid aduertimus Socrates, quum grauitur circa finem deliquimus? o. Vbi delictum dicis? n. o. In hoc inquam, quod etsi artem quampiam bipedis gregis nutriticem esse putauimus, non tamen illic regiam illam atque civilem tanquam absolutam appellare debuimus. s. o. Cur non? n. o. Primo quidem oportebat quod dicebamus nomen ad curam magis, quam ad nutritionem accommodare: postea curam diuidere. Na diuisiones insuper non paruas suscipit. s. o. Quas: n. o. In diuinum pastorem, & humanum curatorem. s. o. Scite. n. o. Curationem item humanam in duo partiri necesse est. s. o. Quae? n. o. In eam quae inuitis, & eam quae volentibus imperat. s. o. Quid ergo? n. o. In hoc sane peccates ineptius, quam decebat regem tyrannumque in idem conduximus, cum & ipsi inter se dissimili sint, & gubernandi modus longe diuersus. s. o. Vera refers. n. o. s. Nuncigitur iterum emendantes, vt supra dicebam, humanam curationem bifariam partiamur, in violentam, & voluntariam. s. o. Absque dubio. n. o. Violentam quidem tyrannicam, voluntariam autem volentiumque tyrum gregis ductionem civilem artem denominemus: atque, qui facultate hac est praeditus, virum reuera civilem regemque dicamus. s. o. Videntur iam hospes, ciuiliu demonstrationes nobis ita demum penitus absoluta. n. o. Bene nobiscum esset, o Socrates, actum. Oportebat autem non tibi solum id, sed mihi quoque tecum vna videri. Et nunc quidem rex mihi nondum perfectam videtur habere formam: sed quemadmodum statuatur interdum non satis tempeluisse festinantem, quam plura & maiora, quam oporteat emblemata adhibent, scrius perficitur opus: sic & nos, vt quamprimum atque insuper magnifice prioris explanationis circa regem errata ostenderemus, putantes magna illius exempla prouidenda, ingentem fabulae molem exaggerauimus, maioriq, quam oportebat illius parte vt coacti sumus: quapropter prolixioris demonstrationem induximus, & fabulae finem haud penitus imposuimus. Ac sermo nobis reuera la quam animal exteriori quidem circumferentiam absolutam habere videtur, sed pigmentorum colorumque mixtionem perspicua nondum decora. Decet autem verbis orationeque magis, quam pictura, aut opificio manuario vni quodque animal describere, exhibereque his, qui assequi ratione possint: ceteris manus opera & penicillo exhibeantur. s. o. c. De hoc quidem satis. Quam vero ob causam nondum sufficienter dictum esse ais, ostende. s. o. c. Arduum est, o beate, absque exemplis res magnas lucide ostendere. Videtur enim vni quisque nostrum tanquam per somnium nosse omnia, reuera autem rursus omnia ignorare. s. o. c. Quo pacto: n. o. s. Absurdum admodum, o Socrates, affectum animae circa scientiam nunc mouimus, s. o. c. Quorlum haec? n. o. s. Exemplum rursus exemplum, o felix, indiget. s. o. c. Qua ratione? Dicis, nihil mei causa veritas. n. o. Dicendum, postquam ipse es audire paratus. Nouimus quid agant pueri, cum primum literas discunt? s. o. Quidnam? n. o. Quod vnamquamque literarum in breuissimis facilissimisque syllabis sufficienter persentiscunt, veraque de illis eloqui possunt. s. o. c. Quidni? n. o. Eadem haec in aliis ambigentes opinione sermoneque falluntur. s. o. c. Proflus. n. o. s. An non itaque facillime atque optime

Percussit enim  
tempus, et qui  
desinat per  
diuisiorem.

Generatio  
exempli.

Via exem-  
plum ad docen-  
dam quantam

Signa dicitur  
ferri eorum  
quae facimus

Definitionis  
ars per exem-  
plum, quae  
collectio  
quodam est  
& via lauda-  
ta ab Aristote-  
le.

optime ad ignota sic perducere possunt. s. o. c. h. a. Quo pacto: hos. Reducere illos primum ad ea oportet, in quibus haec eadem recte opinati fuerant, eisque offerre quae nondum noscunt, & ea inuicem comparando, ostendere eandem similitudinem atque naturam in vtriusque complexione esse, donec cum ignotis omnibus quae vera opinione concepta sunt, comparata monstrantur: demonstrata vero, & illorum exempla facta demum eliciant, vt ex omnibus cuiuslibet syllabae elementis, id quod diuersum est, ab aliis diuersum nuncupent: quod vero idem est, idem semper secundum eadem cum seipso. s. o. Sic omnino, hosp. Proinde satis hoc comprehendimus, quod videlicet tunc exempli generatio est, cum quod idem est, in altero seorsum recta opinione conceptum, & ad aliud collatum, vnam amborum communiter opinionem parit. s. o. Videtur, hosp. Quid mirum, si idem natura patiens anima nostra circa rerum omnium elementa, nunc a veritate ipsa circa vnum quodque in quibusdam constituitur, nunc autem circa omnia rursus in aliis fluctuat: cumque in quibusdam copulationibus, recte quodammodo opinatur, transiata in magnas ac difficiles rerum syllabas, haec eadem rursus ignorat. s. o. Nihil vti que mirum videri debet. ho. Nam qua ratione quis, o amice, possit ab opinione ista incipiens, ad aliquam veritatem, vel minimam partem perueniendo sapientiam adipisci? o. Nulla ferme. ho. Si haec ita natura se habent, nequaquam ego actu abstraherem, si primum totius exempli naturam introspicere conemur in paruo q. o. dam alio fecimus exemplo: deinde maximum illud aggregare regis exemplum, illud ipsam aliquid a minoribus traducentes, per exemplum rursus conatorem rerum ciuiliu curationem arte dignoscere, & ipsam pro somnio veritatem consequi. s. o. Recte admodum. ho. Rursus superior oratio repetenda, qua inferrebat, postquam per multi cum regio genere de civitatis gubernatione cotendunt, sibi que illam vsurpant, oportere eos omnes ab illo seungere, ipsamque solum relinquere, atque ad hoc exemplo quodam opus esse diximus. s. o. Valde. ho. Quodnam potissimum exemplum exiguum quidem, & eandem civilem continens facultatem, adducens aliquis sufficienter quod inuestigatur, inueniet? Visne per hoc, o Socrates, nisi quid aliud in promptu habemus, texendi artem eliciamus? non vniuersam quidem sufficienter enim, vt arbitror, lanificium. Forte nanque pars haec electa quod cupimus indicabit. s. o. Quidni? hos. Cur non, vt superius vnum quodque in partium partes diuidebamus, ita modo circa texendi artem fecimus, & quam breuissimè licet omnia transigentes, quod ad propositum conducit, elegimus? o. Quomodo inquisitio. Ipsam enarrationem responso loco dabo. s. o. Praclare loqueris. ho. Eorum quae facimus, quaeque possidemus, alia gratia aliquid agendi, alia, ne quid incommodi patiamur, velut propugnacula parantur. Propugnaculorum autem alia remedia sunt, tam diuina quam humana: alia vero obstracula. Obstraculorum alia militaris armatura, alia circumuallatio. Circumuallationum vero alia velamina, alia aduersus aelum frigusque munitiones. Munitionum alia tegumenta & retinacula, alia operimenta. Operimentorum quaedam sufficienter, quaedam amicum. Eorum quae amicum, alia simplicia, alia vero duplicia, atque composita. Compositorum alia perforata, alia sine perforatione conata. Horum vero quaedam neruea sunt ex his quae terra nascuntur,

quaedam pilea. Pilea vero partim aqua & terra conglutinata, partim sibi met inuicem sunt conata. His profecto propugnaculis fulcimentisque quae ex eisdem colligatis coepta sunt, nomen vestes imposuimus. Artem vero quae maxime circa vestes versatur, ab ipsa vestis effectioe vestificis appellamus, quem admodum discipulam ciuitatis procuratricem ab ipsa ciuitate civilem denominauimus: dicemusque textoriam facultatem, quatenus maxima ex parte vestes contexit, nulla alia re nisi nomine differre ab ista quam vestificam nominauimus, quemadmodum supra regiam diximus a ciuili. s. o. Recte admodum. ho. Post haec ita cogitemus, quod vti que vestium textoricem artem forsitan sufficienter dictam aliquis extimuit: animaduertere vero non possit, quod cum ab his quae propius cooperantur nondum distincta esset, a multis aliis sibi cognatis discreta fuit. s. o. Quibus cognatis? ho. Videris non assecutum supra dicta. Quae re iterum, vt videtur, a fine ad principium redeundum. Si, propinquitatem intelligis, haec vti que ab ipsa discreuimus, dum stragularum compositionem ab amictu & fulcimentis separauimus. s. o. Intelligo. ho. Quin etiam artificium omne quod hinc & chordis virgularumque virtutem, ac summatim his quae terra nascuntur, quae paulo ante neruea vocauimus, iam seungimus. Imo & pileorum compositionem, eamve quae perforata & luendo operatur, quae vt plurimum ad coriariam pertinet facultatem. s. o. Omnino quidem. ho. Seungimus praeterea operimentorum simplicium opificium, quod pellibus virtutem. Item tegumentorum retinaculorumque machinamentum quod tunc in edificando sunt: & in aliis artibus quibusque ad aequam retentionem repulsionemque, quae conuenit circa plicationes & violentas actiones opera, quibus aliquid cohibetur, efficitur, sepeque & macteria opponunt, & cumulos quosdam obiciunt, quaeque operiunt aliquid. Item valuarum cancellorumque assidua, quae ad clauorum artificium pertinent. Quin etiam armaturae segrauimus, quae portio est ample facultatis illius, quae propugnacula & obstracula obicit. Praeterea conuiniarium, quae remedia praebere de viti hominum proficitur, ab initio separauimus. Reliquimus autem artem quaedam, quae visa est illa esse quam quaerimus, effectricem scilicet fulcimentorum aduersus frigora lanceorum, textoriamque cognominatam. s. o. Videtur, hosp. Ceterum nondum, o puer, perfectè his dictis rem expellimus. Nam is qui prius vestium artificium tractat, contra quam textor agere videtur. s. o. Quam obrem? ho. Textor nanque quodammodo complexat & connectit. s. o. Certe. ho. Ille vero quae simul inserta & complexa sunt, dissoluit. s. o. Quid illud? ho. Opus eius qui carminat & discernit. Nunquid, n. carminatoriam & discretoriam operam eandem est textoria vocemus: carminatoriamque & discretoriam eundem cum textore dicemus? s. o. Nullo modo. s. o. Siquis autem diligentiam quae stamina & subregmina preparat, textoriam vocet, procul & ab opinione hominum, & a veritate ista appellatione discedet. s. o. Plane. ho. Follonum praeterea futurumque operam vtrum nihil conducere ad vestimentorum confectioem dicimus? An has omnes textoria appellamus? s. o. Neutrum dicendum videtur. ho. Veruntamen omnes haec de vestium curatione cum textoris arte contendunt: ac plurimum quidem illi huius operis dabunt, multo quoque sibi eiusdem operis vendicabunt. s. o. Sic est omnino. ho. Praeterea has exhibere insuper oportet artes instrum-

mentorum quibus textor utitur, effectrices, partem sibi in efficienda tela usurpatur. so. Probè. ho. Vtriusque facultatis ratio, quam ut partem elegimus, sufficienter distincta erit, si ipsam aliarum omnium facultatum que circa laneam vellem versantur, maximam pulcherrimamque dixerimus: Aut ita verum quidem diceret, pericite autem & manifeste nequam, proutquam ab illa reliquis se creuerimus: so. Ita certe. h. o. An non ita deinceps agendum est, vt consequenti ordine nobis sermo procedat. so. Nihil prohibet. h. o. s. In primis igitur artes geminas circa omnia qua sunt, consideremus. so. Quasi. ho. Vnam quidem generationis, causam adiuuantem, alteram vero causam ipsam. so. Quomodo. h. o. Quæcunque rem ipsam non fabricat, sed fabricantibus organa subministrant, quibus absentibus institutum opus nequam perficeretur, eas causas adiuuantes, nominamus: eas autem ipsas que principaliter faciunt, causas appellamus. so. Consequentem id quidem. h. o. Post hæc artes que colum, fulvumque, radium, pectinæque efficiunt, & alia circa vestium operam instrumenta præparant, omnes causas adiuuantis nuncupemus: illas autem que vestimenta curant & efficiunt, causas, so. o. Rectè. h. o. Ex causis verò partem eam que lauat, atque que medetur, & alias huius generis, que curam adhibent, cum multa orandi diligentia sit, generationem colligere decet, & solummodo rem cognominare. so. Probè. h. o. Eam autem partem que carminat, discernit, & filat, & omnes circa vestium effectiorem, ars vna comprehendit, que communiter lanificium nominatur. so. Quidni. h. o. Lanificij porro partitiones duæ, & vtræque duarum artium simul partes sunt. so. Quo pacto. h. o. Facultas illa que carminat, & que pectine quodam utitur, ac omnino quæcunque sunt coniuncta, distinguit, hoc omne, vt vno verbo complectar, pars lanificij dicitur, cuius maximæ partes duæ sunt, discretoria vna, altera concretoria. so. Sic est omnino. h. o. In ea que discernit, carminat, & alia quas modo diximus, facultates inquit. Nam que lanas & staminia diuidit, vel pectine quodam utitur, aliter atque alter nomina cuncta que modo diximus, est fortita. so. Ita profus. h. o. Rursus concretorie partem simul & lanificij in ipsa contentam sumamus: quæcunque autem ibidem discretoriae inerant, transeamus, lanificium omne bifariam partientes, in concretoriam partem & discretoriam. so. Partiamur. h. o. Partem itaque concretoriam simul & lanificium nobis texendi artem sufficienter comprehendere volumus. so. Oportet sanè. h. o. Oportet absque dubio. Ideoque dicimus partem eius vnam in voluendo scilicet edoque, alteram in complicando versari. so. Nunquid hæc tenet. Videns. n. mihi staminis operam in torquendo ponere. h. o. Non huius tantum, sed & subtegminis. An sine retortione generationem huius aliquam reperimus. so. Nequaquam. h. o. Describere horum vtrunque, forte nanque descriptio talis opportuna videbitur. so. Qualis. h. o. Ecce opus carminatoris cum in lógum latumque protrahitur, deductionem vocamus. so. Certè. h. o. Cum hoc factis pensis sulo retortum est, solidumque effectum solum, stamen appellat: artem autem ipsam que hoc dirigit & protrahit, staminariam, so. Rectè. h. o. Quæcunque verò contortione mollem accipit, & staminis implicatione ad reflexionis attractum moderatam molliem nanascitur, ea vtrique sicut deducta subteg-

mina, artem autem ipsam subtegminariam. so. Probè. h. o. Atqui pars illa textoria quam propofuitis, iam cuius patet. Nam pars concretoria: facultatis in lanificio, quoad recta protractione subtegminis atque staminis implicatione contextumque efficit, totum quidem ipsum implicatum & contextum vellem laneam, artem vero huiusmodi textoriam nuncupamus. so. Rectè admodum. h. o. At cur non statim respondimus textoriam artem esse, que subtegmen & stamen implicat, sed per longas ambages frustra vagati sumus. so. Nihil mihi quidem, o hospes, eorum que dicta sunt frustra dictum videtur. h. o. Nihil mirum. sed forsitan videbitur o beate, si frequenter in hunc morbum in posterum incidas. Nam quid mirum? Audi sermonem qui de huiusmodi omnibus semper est in medium afferendus. so. o. Dic modò. h. o. Excessus in primis, defectusque naturam inspicimus, vt secundum rationem moderatam laudemus, vituperemusque in singulis, quecunque modum sermone non seruant, dum in talibus quibusdam disputationibus aut prolixius, quam decet, aut breuius loquimur. so. o. Oportet sanè. h. o. De his vtrique iure habenda ratio est. so. o. De quibus. h. o. De prolixitate inquam, & breuitate, deque omni excessu atque defectu. Nam dimittendi facultas ad hæc omnia pertinet. so. o. Profecto. h. o. s. Eam itaque bifariam distinguamus. Conducit enim ad id quod intendimus. so. o. Dicis quo modo distingendum. hosp. Sic. Pars vna secundum mutam magnitudinis paritatisque communionem, altera secundum necessarium generationis essentiam. so. o. Qui isthuc ais. hosp. An non secundum naturam tibi videtur, quod maius est, nullo alio quam minori maius esse dicendum: quodve minus, solo maiori minus. so. o. Mihi verò. hosp. Quid verò? Quod excedit moderatam, & quod excedit seu dicendo, siue agendo, nonne esse dicemus id quo boni homines a malis differant. so. o. Apparet. hos. Ergo essentias geminas iudiciumque magni & parui ponere decet: nec vt paulo ante dicebamus, inuicem solum illa referri debent, imò vt nunc dictum est, potius inuicem partim, partim ad mediocritatem comparanda videntur. Huius autem rationem nunquid intelligere volumus. so. Quidni velimus. hosp. Si quis enim maioris naturam ad minus duntaxat referat, ad mediocritatem non referetur: quid ais. so. o. Socrate. Id ipsum, hosp. An non artes ipsas earumque opera omnia hac ratione discernimus: eam que querimus civilem, & textoriam facultatem est medio tollemus: hæc siquidem omnes quod mediocri maius est, aut minus, non quasi non sit, sed vt difficile quiddam in actionibus vitant, atque ita mediocritatem seruantes bona omnia pulchraque efficiunt. so. o. Socrate. Absque dubio, hosp. Nonne si civilem peritiam sustulerimus, manca nobis, & dubia erit regie scientie vestigatio. so. o. Valde. hosp. Vtrum quem admodum in disputatione de sophista, non ens esse euicimus, postquam in eo nos destituebat oratio: ita nunc ipsam, & minus euicere debemus commensurabilia esse non inuicem solum, sed ad mediocritatem quoque generationem? Neque enim civilis disciplina quisquam, neque alterius humane facultatis, nisi hoc admittit, potest esse peritus. so. Hoc igitur summopere nunc est agendum. hosp. Maius hoc opus, o Socrate, est quam illud, est quam prolixum illud quoque fuerit, recordamur. Vtrum tale quiddam merito de ipsis supponendum. so. o. Socrate. Quæ-

Mais d'ap  
titer dicitur  
respectu ma  
noris, & no  
specta me  
diocritate.  
Quo boni  
malis dilo  
runt.

let. h. o. s. Quod eo quod nunc est dictum opus sit, si quidem docere velimus absolutum & sincerum natura quid sit. Insuper autem ad hoc vt presentia, egregie sufficienterque monstrantur, conferre mihi videtur sermo hic magnopere, quod videlicet existimandum est, omnes similiter artes secundum maius simul & minus commensurari non inuicem tantum, sed etiam ad mediocritatem ipsius generationem. Cum enim hoc est, illa sunt: & cum sunt illa, hæc sunt, alterutroque horum sublato, vtrunque tollitur. so. o. Hoc quidem rectè verum quid deinceps. h. o. s. Distingueret decet artem dimittendi bifariam, quemadmodum supra diximus, vnamque illius partem ponere artes omnes quæcunque: numerum, longitudinem, latitudinem, profunditatem, & velocitatem ad contrarium metiuntur: alteram verò, artem illas que ad medioe moderatumque respiciunt, decensque & opportunum atque debitum, & summam ad omnia, que, vitatis extremis, in medium confugerunt. so. o. Ampla quidem vtraque portio est, & altera longè ab altera discrepat. h. o. s. Quod se penumero serunt, o Socrate, ornati viri illi, qui magnum aliquid ac sapiens loqui se putant, dum prædicant dimittendi facultate, circa omnia que sunt, versari, nunc dictum est. Quicquid enim artificiosum est, mensuræ quodam modo particeps esse apparuit, quoniam verò quiddam considerare nequaquam per singula genera diuisione eundo solètur, hæc tam longe inter se differentia, statim conferunt in vnum, similia iudicantes. Sed & contrarium huius faciunt, que diuersa sunt, per partes minimè distinguunt: cum oporteat, vbi quis primò multorum percipit communionem, non prius desistere quam differentias omnes in ea que speciebus clauduntur, insperet: atque iterum quoties dissimilitudines plurimas in multitudinem sentit, & ægere sentit, non prius ab hac aspectus molestia desistere posse, quam cuncta que cognata sunt, intra cognitionem vnam proprietatemque concludens vnius generis essentia vestiat. De his igitur, deque excessibus atque defectibus hæc dicta sufficiant: id autem duntaxat seruandū, duo hic videlicet mensuræ genera adinuenta sunt, & que ea sint, mente tenendum. so. o. Tenemus. h. o. s. Post hunc sermonem, alium assumamus, de his que modo quærebantur, deque omni huiusmodi sermonum tractatione. so. o. Quid istud. h. o. s. Si quis fortè nos percontetur de puerorum discernitium circa literas exercitatione, quando interrogantur quibus ex literis nomen aliquid constet, vtrum putemus tunc eos interrogari vnius duntaxat nominis illius declarandi gratia, an potius vt in omni grammatice eruditores eadè, quid respo debemus. so. o. Vt in omni grammatice. h. o. s. Quid porro: civilis viri indagatio ipsius gratia magis propofita nobis est, quam vt in omni disputatione acutiores efficiamur. so. o. Patet id quoque quod omnium gratia. h. o. s. Nemo vtrique mentis compos textoriae facultatis rationem ipsius ditaxat gratia venati contentederet. Verum plurimos later, vt arbitror, rerum quandam cognitu facilius sensibiles nonnullas imagines esse, quas declarare nequaquam arduum est, quoties ipsorum aliquis vult alicui rationem de aliquo expere, non cum ipsis rebus, sed absque ratione perquirentem demonstrare. Rerum autem maximè pretiosissimarumque: nulla est imago que manifestè ad hominum sensum captumque efficitur: quæ ostensa qui animi sciscitatis explere velit, sen-

sui cuidam accommodans penitus expleat. Quapropter cogitandum est, vt rei cuiuslibet ratione reddere & recipere valeamus. In corporea namque cum maxima & pulcherrima sunt, ratione sola, alio verò nullo perspicue declarantur. Horum porro gratia modo nobis dicta sunt omnia. Cuiuslibet autem rei consideratio in minoribus facilius quam in maioribus extat. so. o. Præclare loqueris. h. o. s. Quorum itaque causa dicta nobis omnia hæc sunt, recordemur. so. o. Quorū. h. o. s. Eius præcipue molestie causa, qua circa textoriae facultatis prolixam orationem affecti sumus, necnò circa totius mundi resolutionem: atque sophistæ sermonem de non ens essentia: putauimus sanè prolixiorum fuisse, quam deceret disputationis. Atque in his omnibus nosmetipsos deterruimus, metuentes ne forte in superuacuis diuitiis versaremur. Ergo ne deinceps iterū tale nobis aliquid accidat, horū gratia hæc omnia à nobis dicta puta. so. o. Fiet, die tantum que restant. h. o. s. Dico igitur oportere, & me & te eorū que diximus semper memores, laudem & vituperatione facere breuitatis similibus: prolixitatis eorū de quibus breuicimus, non vt ipsas inter se prolixitates cõferamus, sed ad facultatis dimittendi partem que ad decorum mensurat, quæ supra diximus memoria tenendam. so. o. Scitè. h. o. s. Sed nec ad hanc omnia referenda videtur. neque enim prolixitate que nulli cõgruit, ad volupatè egibimus, nisi obiter. Nec quoque queritur, vt facillimè eeleritque inueniamus secundū, & non primum ratio amplecti nos iubet: sed maxime omnium, primamque illū honorare progressum, quod secundum species distinguere valeamus, disputationemque longè haud moleste ferre, sed affectare potius, si quo modo ad inuentionem nobis conferat, similiter & breuem. Decet item cum qui longiores sermones vituperat, circuitūque disputationum huiusmodi nō admittit, haud ita leuiter temetque damnare prolixitatem, sed ostendere prius disputatione breuiore, & promptiores ad differendum, & ad inuentionem sagaciores nos, si sequamur, reddi: alias autè & alio tendentes increpationes, laudè sive, nec curare penitus, nec audire. Ac de his satis, si tibi quoque videtur: ad civilem facultatem iterum redeamus, textoris exemplum quod supra posuimus, conferentis. so. o. Egregie locutus es, atque ita vt iubes, efficiamus. h. o. s. Nonne iam rex à multis pastorum officis, imò ab omnibus armatorum custodibus est distinctus: Restat vrbane facultates causarum adiuuantium pariter & causarū, quas primum à se inuicem separare debemus. so. o. Rectè. h. o. s. Has partem bifariam difficile est. Cuius difficultatis causa sequenti sermone patebit. so. o. Sic profus agendum. h. o. s. Per mēbra itaque ipsas instar vidimæ discernamus, postquā in gemina secare non valeamus. Oportet enim in proximū semper numerū distribuere. so. o. Quo pacto nunc id faceremus. h. o. s. Quæ admodum in superioribus omnes que instrumenta texture parabant, veluti causas adiuuantis posuimus. so. o. Nempe, h. o. s. Idè quoque in presentia, & multo magis quod tunc nobis agendum, quecunque enim magnū aliquid, aut parū in vrbē fabricant instrumenta, tanquam adiuuantes causæ ponendæ sunt, nam sine his ciuitas constare nō potest, neque civilis disciplina cõsistere. Nullum tamen horum regie artis opus esse ponemus. so. o. Nullum profus. h. o. s. Atqui difficile quiddam aggredimur, genus hoc ab aliis distinguētis. Qui enim dicit vnius cuiusdā eo-

Quod arti  
ficium est,  
id mensuræ  
particeps.

Quousque  
diuidendum.

Quis pro  
prietis me  
lor.

Quod longa  
disputatio  
non leuiter  
est damnanda.

Oportet se  
per in prox  
imum nume  
rum distribuere.

rum quæ sunt instrumentum esse, vt verisimile quiddam loqui videtur, alterum tamen eorum quæ possidentur in ciuitate, hoc est dicendum. s. o. Quidnam? n. o. s. Quod hanc vim non habet, neque enim causæ sic conglutinantur generationi, vt instrumentum, sed ad eius quod confectum est salutem. s. o. Quale istud? n. o. s. Quod sic, & humidis igne calefactis, & frigidis varium genus effectum, quod vna appellatione vas nominamus, quamuis species plurima sit. Hoc autem scientiam illius quam perquirimus non est opus. s. o. Quidnam? n. o. s. Tertia possessio speciei multiformis apparet, terrestris atque aquatica, multiuaga & non errans, pretiosa, & vtilis, vno significata nomine: quia vniuersum hoc semper alicui sedes efficitur, sessionis gratia. s. o. Quid hoc? n. o. s. Vehiculum nuncupamus, haud sane multum perniciæ ciuili opus, imò architecturæ figurarumque, & ærarum facultatis magis. s. o. Intellego equidem. n. o. Nunquid quartum præter ista dicendum, in quo plurima ex iis quæ supra retulimus, continentur? Vt clementia omnia, arma multa, muri, terrenique & lapidei ambitus, aliaque per multa. Cumque hæc omnia munienti obediendi gratia fiat, recte munimenta obsecrari: cōmuniter appellari possunt, multoque magis architectorum textorumque, quam ciuili sunt opera. s. o. Sic est omnino. n. o. Num quinto loco orandi, pingendi, canendi artes locabimus? & quæcunque his videntur, & ab his sunt imitationes quædam oblectationis gratia duntaxat ex cogitata, quæ merito vno quodam nomine comprehenduntur. s. o. Quo? n. o. Vniuersum hoc iocolum quiddam denominatur. s. o. Absque dubio. n. o. Vnum hoc nomen omnibus his conueniet, neque enim illorum quicquam studij, sed iocum gratia semper efficitur. s. o. Hoc quoque ferè intelligo. n. o. Facultatem vero illam quæ his omnibus præparat corpora, ex quibus & in quibus conficiuntur artium, quas modo narrauimus, opera, nonne sextam ponemus speciem variam, & ex multis artibus dependentem? s. o. C. R. A. Quam dicis? H. o. s. Eam quæ aurum & argentum cæteraque metalla terræ eruta visceribus præparat. Itæ quæ syluas incidit, quæ tondet, quæ ex his construit aliquid, quæ plicat atque contexit, seu quæ cortices arborum, siue quæ animalium pelles circuncidit, & polit, & quæcunque artes circa huiusmodi quedam versantur: rursum illa à quibus siber, siber, codex, vinculaque parantur, vt fiant compositæ species ex generibus non compositis: vniuersum hoc appellamus primogenitam hominibus possessione, & simplicem, quod regis artis nequaquam est opus. s. o. Optime. H. o. s. Septimum tenet locum nutrimenti possessio, & quæcunque commixta corpori, partibus suis partes corporis alere possint, atque curare: quod totum alimentum dici debet, nisi quod forte pulcherris reperimus, agriculturæ autem, venationis, gymnasticæ, medicinæ, coquinariæ vniuersum hoc rectius quam ciuili tribuitur. s. o. Rectius sane. H. o. s. Ferè omnia quæ possidentur præter domesticorum animalium species, in his septem, arbitror, sunt numerata. Sic autem cogita. Par erat primogenitam illam, quam vocamus speciem, primū in ducere, instrumentum deinde, vas, vehiculum, nutrimentum, oblectamentum, nutrimentum: prætermittimus autem, si quid non magnum latuit, quod alicui istorum accommodari possit, qualis est numerorum forma, sigillorumque, & omnium characteris. Genus enim hæc in illis non admodum cognatum

habet, sed partim in ornatu, partim in instrumenta, violentius forsitan, atque penitus tracta quodammodo congruunt possessionem verò animalium domesticorum, ferus exceptis, gregis nutritio primo distincta, compræhendisse videtur. s. o. c. Et maxime quidem. H. o. s. Restat seruorum ministrorumque omnium genus, vbi presentio eorum palam reclamatur esse, qui de hac parte sic cum rege contendunt, quemadmodum cum textore qui carminat, filantque, quique alia de quibus diximus, faciunt. Ceteri vero omnes tanquam adiuuantes causa dicti, vna cum nunc memoratis operibus à regia ciuili actione se iuncti sunt atque discreti. s. o. c. Apparuit. H. o. Cōsideremus reliquos quam proxime accedentes, vt certius ipsos cognoscamus. s. o. c. Oportet omnino. H. o. Maximos porro ministros quantum hinc ciuili licet, contrariam eius quam suspicari sumus exercitationem passionemque habere reperimus, s. o. Quos? H. o. s. Empta mancipia & simili quodam modo in seruitute coacti homines. Quos sine cogitatio in seruis cognominare possumus, longissime à regia dignitate distantes s. o. Quidam? H. o. Quid dicemus de liberis, quicunque sponte quæ supra diximus ministeria obeunt, agriculturæ, & aliarum artium opera transportant, mutuique commutant commercii, siue de foro in forum in vrbe eadē, seu de vrbe terra marique trasferentes in vrbe, partim cum rebus aliis nummos, partim simile quiddam simili commutantes, quos numularios, mercatores, nauicularios, cauones denominauimus? Nunquid isti ciuilem sibi perniciam vendicabunt? s. o. c. Fortè mercatorum artem. H. o. Nō tamen illi quos vrpote mercenarios certissimè passim omnibus ad seruiendum expositos, regiam vix præter dignitatem reperientur. s. o. Est vt dicis. H. o. s. Quid vero de his qui talia quædam nobis vbi que ministrant? s. o. Quos dicis, & quarum rerum ministros? H. o. s. Genus præconum inquam, & eorum qui sapienter circa publicas literas subministrant, nonnullisque alios solertes rerum ad principum ministrorum pertinentium elaboratores. Quid de his dicendum Socrates? s. o. Quod & ipse dicebas, ministros esse, non principes ciuitatis. H. o. s. Nō vanū est igitur, vt arbitror, quod in superioribus dixi, inuenturos nos hæc ratione plerosque de ciuili curatione vehementer conseruantes, quamuis admodum absurdum alicui videri possit, eos in ministrorum numero quærere. s. o. Valde quidem. H. o. s. Accedamus præterea proprius ad eos qui nondum examinati sunt: hi vero sunt qui circa vaticinium habent scientie alicuius ministræ particulam. Interpretes enim diuinarum ad homines hi censentur. s. o. Certe. H. o. s. Quinetiam sacerdotum genus, vt lege habetur, intelligit quo pacto donaria diis, cæcis victimis, scite sint offerenda. Item qua ratione vouendū sit, quidque boni sita dis petendum. Hæc autē ambo ministratoris artis partes sunt, s. o. c. Videtur. H. o. s. Jam igitur vestigium quoddam eius quod inquirimus attingere videmur, nam illa sacerdotum & vatum ratio, magnanimitate, intelligentiæque & claritate abundat, propter eorum quæ tractant magnificentiam. Quapropter apud Ægyptios non licet regem absque sacerdotio imperare. Quinimo si ex alio genere quippiam vi regnum usurpet, cogitur post regni assumptionem sacris initiari, vt rex denique sit, & sacerdos. Præterea in plurimis Cæcrotia ciuitatibus apud vos præsertim, reperies præcipua sacra à magistra

Ignoratio facit aliquod mirum videri.

gistratus summis institui, nam & apud vos fertur, creato regi patria & solennia maxima, & purissima aliorum omnium esse tributa. s. o. Et maxime quidem. H. o. s. Ita que forte creatos reges, sacerdotelque, & eorum ministros, necnon aliam quandā frequentem turbam considerare debemus, quæ paulo ante semoris superioribus lucem venit. s. o. Quos inquit? H. o. s. Mros quosdam inquam. s. o. Quamobrem? H. o. s. Jam n. cogitanti mihi multiforme horum genus apparuit. Multi nanque virorum leonum similes sunt, centaurorumque, aliorumque huiusmodi, plurimam satyrorum, imbecilliumque, & multiformium beliarum, citoque transmutant alternantque inuicem formas & vim. Enimvero nunc primum eiusmodi viros, o Socrates, animaduertisse mihi videor. s. o. Die obsecro, videris. n. mirum quiddam nunc videre. H. o. Profecto. Nam vt mirum semper aliquid nobis cōtingat, ignorantio efficit. Ac mihi modo idē cōtingit. Reperit nanque vt ambigerem accidit, cum chorū negotiorū ciuilium intuerer. s. o. Quem? H. o. Maximum sophistarum omnium prestigiatore, huiusque artis præceteris peritissimum, quem discretè decet à veris reuera regis atque ciuilibus, quamuis arduum id sit, modo quod querimus percipere cognoscere volumus. s. o. Nullo modo hoc intermittere. H. o. Non certe vt arbitror. Ac mihi dicis. s. o. Quid? H. o. An non monarchia, id est principatus vnus, vna quedam est gubernationum ciuiliū? s. o. Est. H. o. Post hanc paucorum potentiam ponere possumus. s. o. Sanè. H. o. Tertiam verò multitudinis gubernationem quam popularem vocant. s. o. Procius. H. o. Nōnne tres hæc quodammodo quinque sunt, cum duo alia nomina ex se insuper pariantis. o. Quenam? H. o. Qui considerant à nobis & volentibus item & lege & arbitrio, imperari posse, tum & pauperes esse posse qui præsent, vel diuitis ad imperium euehi, duas in species tam vnus quam paucorum diuidunt principatum. Et vnus quidem principatum sic appellat, quasi duas continendem species, duobus nominibus: Tyrannidem & regiam. s. o. Vtique. H. o. Gubernationem verò quæ penes paucos est, in paucorum potentiam, & potentiam optimatū. s. o. Omnino. H. o. Popularis verò gubernationis nomen nullo vique mutare aliquando consuevit, siue sponte, seu vi populis diuinit, quibusdam præfideat, siue lege, seu arbitrio regat. s. o. Vera narras. H. o. Nunquid existimamus aliquam harū gubernationū ciuiliū rectam esse similibus distinctionibusque determinatam? videlicet vno, paucis, multis, paupertate, diuitiis, violentia, voluntate, legibus, & arbitrio? s. o. Quid prohibet? H. o. Considera diligentius, & hæc me sequeres. s. o. Quæ? H. o. Stabilitate in eo quod in principio dictum, an non? s. o. In quoniam? H. o. Regiam dignitatem vniam quādam scientiarum esse diximus. s. o. Diximus. H. o. Neque in quouis scientiæ genere illam locauimus. E multos quippe alios facultatem illam quæ indicat simul præcipitque, selegimus. s. o. c. Sanè. H. o. Eam deinde quæ præcipit, partim rebus inanimatis, partim animatis & eodem ordine diuidentur, huiusmodi progressi, vt scientiæ nomen seruarietisque verò potissimum scientia sit, nondum declarare potuimus. s. o. Rectè loqueris. H. o. Nunquid igitur videmus descriptionem eorum neque secundum violentiam & voluntatem, neque secundum paucos ac multos, neque per inopiam & opulentiam fieri oportere, sed per scientiam quandam, si superiora sequamur? s. o. Necessè est vt fiat. H. o. Ne-

cessario igitur hoc nunc ita considerare debemus, cuius horum maxime imperatoris facultatis scientia insit, que ferè paratū maxima omnium atque difficilima est. Inspicere nanque illam oportet, vt videamus quinam à sapiente rege segregandi sint, qui sibi ciuilem perniciam vendicant, idque plurimum persudent, cum ab ipia procul admodum abstint. s. o. Sic profus agenda, vt ratio superior mouit. H. o. Nunquid igitur multitudo tibi in ciuitate huius scientiæ compos videtur? o. Quoniam pacto? H. o. An in mille hominū ciuitate fieri potest, vt centum, vel quinquaginta viri sufficienter eam adipiscantur? s. o. Facillima omnium artium hæc esset. Scimus n. in mille hominum numero totidem viros qui talorum ludo ceteros Græcos exuperet, nequaquam reperiri, nedum reges. Atqui virum illum quicumque regia perniciam instructus est, regem vocare, siue domineat, siue priuatus degat, iuxta rationem illam superiorē oportet. H. o. Pulchre monstrasti. Arbitror autē iuxta hūc sermonem rectam gubernationem, signando recta sit, craxnum, vel duos, vel paucos esse querendam. s. o. Quidni? H. o. Existimare vero eos ciuiles ac regios homines oportet, qui atque quodam imperant volentib, an nolentib, secundum scripta, an absque scriptis, institutiueque & legibus, pauperes an diuites ipsi imperent, nihil refert. Nam & medicos nihilominus sic appellamus, siue inuitis, siue volentib, scripando, aut vrdo, vel alium dolorem asserendo, scriptis aut ex vi curent, pauperes ipsi aut diuites mendeantur, modo aut quædam curandorum corporum, vel purgando, vel extenuando, vel replendo augendoque vtantur. Equè n. medicos nominamus, modo modo qui curant ad bonum corporis respicientes, ex deteriori habitudine in meliorem resiliunt atque seruent. hoc modo duntaxat, vt arbitror, rectam esse dicemus medicinæ, vel cuiusvis alterius principatus definitionem, alio vero nequaquam. s. o. Ita profus existimandum. hosp. Necessè est igitur eam maxime, ac solam rectam existimare rempublicam, in qua qui magistratib, funguntur, reuera beneare sciunt, & non videntur tantum: siue legibus, seu absque legib, domineantur, siue volentibus, siue inuitis, vel etiam si pauperes sint, vel diuites. Nihil n. ex his quequam ad rectam gubernationem rationem refert. s. o. Præclare. H. o. Neque insuper refert, siue capitalib, penis & exiliis quibusdam communiuntur, siue aliunde homines tutiores ciues aduocent, ciuitatemque amplificent, Quatenus n. scientiam efficiunt, atque seruant, ceterus rectam appellari rempublicam volumus, & in eo ipso duntaxat definitionem rectæ gubernationis consistere. Ceteras vero omnes neque legitime, neque vere dici putandum. Sed eas quæ hanc imitantur, libenter laudamus, velint recte ad meliora tendentes: alias contra vituperamus, tanquam imitatione maiorum ad deteriora proclines. s. o. Cetera quidem hospes probè dicta videntur: isthuc verò quod inquis, gubernationem sine legibus rectam esse posse, haud facile admitti potest. H. o. Paululum me interrogando, o Socrates, præuenisti. Erat enim percontaturus, vtrum hæc admittas omnia, an quicquam eorum quæ dicta sunt tibi molestum est. nunc autem constat nos vel de his qui rectè sine legibus præsent, differere. s. o. Proculdubio. hosp. Patet autem quodammodo,

Cetera quos sic recte gubernamus.

Legū latio- nem ad regē pertinere.

Quare con- sideratio legū necessaria.

legum lationem ad potestatem regiam pertinere. Sed esse optimum non leges quidem valere, sed hominem prudentem regiumque. Nunquid huius ratione intelligitur? s. o. Declara. n. o. Quoniam lex nequit quod optimum omnibus est & iustissimum s. necere comprehendendo, semper ita, ut operæ pretium est præcipere, quando hominū actionumque dissimilitudo instabilisque rerum humanarū conditio facit ut ars nulla simplex quicquam, & in universam de omnibus præque omne tempus valens constituere possit. Concedimus illa: s. o. Planē. n. o. Legem vero cernimus ad hoc ipsum niti, quasi hominem quendam pertinentem & imperitum, qui nihil quam quod ipse constituisse, fieri permittat, sed nec rogare quemquam, si quid noui præter illius ordinem potius meliusque alicui videatur. s. o. Vera loqueris. Ita. n. ut dicebas lex homines cogit. n. o. At fieri non potest, ut certus quidam & vnus modi simplexque ordo valeat in his que varia fieri solent, vnus modi verò nunquam. s. o. Apparet. n. o. Inveniendā igitur causa est, quam propter leges ferre necesse est, lex ipsa licet optimi atque iustissimi non sit. s. o. Cui dubium? n. o. Nonne & apud vos, & apud alios quosuis mortales sunt quedam simul omnium exercitationes continentur, siue cursus, siue alio quoque genere decertare velis. s. o. Permulte. n. o. Age nunc repetamus memoria præcepta illorum qui arte quadā exercitationibus præstant. s. o. Quenam? n. o. Arbitrantur illi quidem fieri non posse, ut quod sigillatim & vnusquisque seorsum conuenit, præcipiatur. Itaque quod communis est, quodque & plurimum & plurimum conducere putant, institutum censent. s. o. Præclare. n. o. Quam obrem dum æquis laboribus hodie cunctos astrungunt, paribusque exercitationibus agitant, sit ut vel nimis incitent, vel enervent, & inepta ad cursū palestramque, & alia certamina corpora reddant. s. o. Sic accidit. n. o. Legum quoque conditorem putemus suis gregibus præsentem, de que iustus operibus, mutuisque committens iura dantem, non posse dum cunctis in vnum consulit, accurate ad singulorum commoditatem iusue prospicere. s. o. Consentaneum est. n. o. Ceterum, ut arbitror, quod & plurimum & plurimum conducit, communiter instituit, ac huiusmodi leges & scriptas, & non scriptas, sed patris moribus inducet. s. o. Recte. n. o. Recte admodum: Etenim quo pacto quis possit per omnem vitam ad singulos circumspectere, sedulissimeque assistere cuique, & cuiusque commoditati consulere? Nā si quis disciplina regia præditus hoc efficere possit, vix vnquam impedimenta ista que leges appellatur, sibi præscriberet. s. o. Ita prorsus ex his que dicta sunt videtur. n. o. Imò magis, & optime, ex his que dicuntur. s. o. Quibus? n. o. Hisce inquam: si medicus quidam aut gymnasticus immittente longa peregrinatione, procul ab his quos curat abfuerit diu se putet, putetque aut qui exercentur, aut qui ægrotant suas præceptiones non recordatos, num ægendorum monumenta quedam illis cōscribere cogitabit, necne? s. o. Cogitabit vtique. n. o. Quid si præter opinionem ocyus quam putauerat reuertatur, verbiturine alia illis præcipere præterea que quondam scriperat: si qua potiora ægrotantibus adhiberi possint, ob ventos, aut quid aliud præter spem Dei voluntate contingere solitum, perferre abine inquam, in priori proposito, neque primas institutiones transgredi quemquam patietur, nec ipse mandare alia, nec ab ægrotante alia præter solita obseruari, quasi ea & medicinæ artis propria sint,

& saluberrima: que verò aliter fiant, præter artem sint, & noxia? An potius quicquid iustissimum in scientia arteque vera accidit circa omnia, vni plurimum de præscriptis illis concitabit? s. o. E maxime quidem. n. o. Ei verò qui iusta & iniusta, honesta & turpia, bona & mala, siue scriptis legibus, siue non scriptis hominum gregibus, quicunque in ciuitate ad legum scriptarum normam viuunt, tulit induxitque, non licebit alia quedam præter ea que scripta sunt agere, neque si ipse idem qui ante conscripsit, redeat, neque si quis alius eius similis veniat, in potius dubitatio talis non minus, quam illa superior reuera ridicula videretur? s. o. Nihil prohibet. n. o. Nolite ergo quod hæc de re vulgò dicatur. s. o. c. In presentia non memini. n. o. Atqui pulchra dicunt, autem enim si quis leges quasdam prioribus meliores inuenierit, & eas ciuibus persuaferit, eum oportet leges ferre si non persuaferit, non oportere. s. o. Nunquid recte? n. o. Forsitan. Sinautem quispiam non persuasione, sed vi quod rectius est, induxerit, quod erit potissimum eius violentia nomen: responde, imò nondum ad ista, sed ad superiora prius. s. o. Que inquis? n. o. Si quis arte medica verè præditus non persuaferit, sed cogat eum quem curat pœrum, vel virum, vel mulierem præter scripta, quod melius agere, quodnam erit ei violentia nomen? Nonne aliud quoduis potius quam artis transgressio, hoc est, illatio morbi? & quiduis alius potius coactio homini, quam transgressionem artis ac morbum contigisse dicendum? s. o. c. Vera loqueris. n. o. s. Quid autem contra ciuilem artem erat delictum? Nonne quod turpe dicitur, quod malum, & quod iniustum? s. o. Isthuc ipsum. n. o. s. Age, cum aliqui coguntur præter patrias leges moreque facere que iustiora, meliora, honestioraque sunt, nonne ridiculosissimi omnium erit quisquis vim eam vituperabit, dicetque illos à curatoribus qui cogentur, turpia, mala, iniusta fuisse perpeffos? s. o. c. r. Vera peripua loqueris. n. o. s. Nunquid si diues est qui cogit, iusta coactiones sunt: si pauper autem, iniuste? An potius siue persuaferit, siue non persuaferit, siue pauper sit, seu diues, & secundum scripta, vel præter scripta, modo vniua inducat, dicendum est hæc veram esse rege gubernationis ciuilis definitionem? Qua ratione vir sapiens bonisque gubernabit semper ita ad subditorum salutem respiciens, vt ad nauarum nauisque salutem respicit gubernator. Nam vt ille non scriptis, sed arte quasi lege quadam, nauas seruat, ita & vir ille verè ciuilis, & apud eos qui ita dominari possunt, recta est rerum ciuiliū administratio, vim artis legibus potiore adhibens. Ac summam quicquid prudentes principes agant, nunquam delinquent, quandiu vnum hoc potissimum seruant, vt mente & arte quod iustissimum est ciuibus inducentes, tueri eos valeant, meliorerque ex deterioribus quoad fieri potest, efficere. s. o. c. His que modo dicta sunt, repugnare non liceat. n. o. s. Neque illis insuper. s. o. Quibus dicebas? n. o. s. Quod nulla vnquam multitudine potest ea disciplina præcellere, qua secundum mentem ciuitatis regatur. Sed vna illa recta ciuitatis administratio vel apud vnum, vel apud paucissimos certe est que tendenda. Cetera verò tanquam imitationes que dampnandæ videntur, vt paulo supra dictum est, hæc nunc quidem in meliorem partem, nunc in deteriore imitantes. s. o. c. r. Quomodo istud dicebas? neque enim quod de imitando paulo ante dixisti,

Ilud.

Medicorum & gubernatorum finitudo.

Hæc lege & scriptis & non scriptis artes omnes curari queat.

Regum officium.

Quod malitiosus non potest regere. Perfecta administratio apud vnum vel paucos.

facis tui intellexi. n. o. s. Haud malè fecerit, si quis hoc illato sermone, desisset prius, quam errorem, qui circa hoc nunc est commissus, ostenderit. s. o. c. Quem errorem inquis? n. o. Tale quid iam querere necesse est, quod nunquam neque consuetum, neque cognitum facile est, ipsum tamen comprehendere annitmur. Cum sola hæc quam memorauimus, recta ciuilis gubernatio sit, nonne ceteras huius institutas videntes, seruari necesse est, dum agunt quod modo laudabamus, quamuis rectissimum id non sit? s. o. Quid illud? n. o. Quod nemo quicquam præter leges committere audeat, & quisquis audeat, morte mulctetur, extremisque omnibus suppliciis affligatur, id autem est secundum loco rectissimum atque honestissimum: primo namque in loco ponendū quod nunc est dictum. Quo autem modo eueniat, quod modo secundum esse diximus, declaramus. Vinctus s. o. c. E maxime quidem. n. o. Veniamus iterum ad imagines, quibus regios principes semper comparate necesse est. s. o. Quas imagines inquis? n. o. Generosum inquam, nauis gubernatorem, multique, vt ille dicebat, aliis æquiparandum medicum: consideremus iam imaginem eius rei aliquam fingentes. s. o. Qualem? n. o. Talem quandam, vt si omnes grauius nos quedam ab illis pati nobis persuaueamus: vt puta quos nostrum seruare vtique velint, seruent: quos contra perdere, perdant, dum fecant, vrnt, & ex hoc instituto suo quasi quoddam tributum mercedem referunt: cuiusque quocumque expendere ægrotantem, ipsi pro ægrotante exponunt nihil, reliquis autem rebus & ipsi & ipsorum ministri vtuntur: demum acceptis pecuniis, vel à cognatis, vel ab amicis ægrotantis, mori eum cogunt. Gubernatores quoque alia quedam huius generis permulta patiare dicuntur, vt puta qui homines sepe ex composito in recessibus solos destinant, quem quippiam in pelago labefactant, in mare illos eiciant, inque multis aliis lædant. Persuaueamus itaque nobis, nos his causis læcessitosis consulere, quo pacto auctoritatem artibus illis auferamus, ne liberè vterentur, aut seruati liberi hominibus dominantur: & ob hoc cetero facto nos concurrere, & vel omnem populum, vel diuites tantum conuocare, vbi etiam rudium hominum, & aliorum artificum de nauigio morbisque consilium audiat: quoniam pacto oporteat itementique suis medicos apud ægrotos vt oporteat item nauibus, & earum instrumentis nauigando, periculatque procellari, & fluctuum euitando, & piratarum insidiis euadendo, ac etiam si mari longis nauibus aduersus similes sit pugandum, qua ratione vti his deceat. Fingamus inquam, que hæc de rebus, vel medicorum gubernatorumque, vel rudium hominum turbe consultant videntur, in publicis quibusdam tabulis columnisque inscribi, & mores quosdam ritusque non scriptos, sed patrios hæc de rebus constitui, sic vt reliquum tempus omne ad horum normam nauigandum sit atque medendum. s. o. Vehementer absurda finxisti. n. o. Præterea quotannis populi principes constitui, siue ex diuitibus, siue ex omni populo sorte delectos, qui iuxta scriptas illas institutiones & naues gubernent, & ægrotantibus medeantur. s. o. Hæc superioribus quoque diuoria videntur. n. o. Videamus præterea quod hinc sequitur. Cum annui magistratus cuiusque tempus exactum fuerit, necesse erit iudicio, aut ex delectis diuitibus, aut ex vniuerso populo sorte constituto, illic siltere viros illos magistratibus functos, ab iis que rationem

repositore: ita vt liceat volenti cuiuslibet legem eis intendere, quod aliter quam leges iubeant, & patria consuetudo doceat, aut naues gubernauerint, aut egressi curauerint: & qui aliter fecisse deprehenderit, lata sententia, vel supplicio, vel alio quodam incommodo à iudice afficiantur. s. o. Nonne quicunque magistratum inter huiusmodi homines sponte suscipit, merito quoduis supplicium dānumque patietur? n. o. Ferre insuper legem oportebit: si quis præter scriptas constitutiones nauigandi rationem aliquam nouam inferat, aut sanitatis tuende x veram illam & legibus traditam rationem ad ventos, & calores, & frigora transferens perferretur, & circa hæc ex ingenio suo philosophetur, doceatque: primo quidem hinc neque gubernatorem esse, neque medicum nominandum, sed curiosum quendam delirumque sophistam, deinde aequaliter in iudicium trahi posse, vt puta qui iuniores alios corripit, si adæquate vt gubernatoria & medicina contra legū instituta pro suo arbitratu tractaretur, eodem pacto nauis morbique ferretur: ac si præter leges & scripta iuuenibus, aut senibus, persuaferit quicquam reperiat, eademque extremis suppliciis affici, neque non oportet quicquam legibus sapientis esse neque, n. o. quicquam aut medicinæ fanitatisque naturam, aut gubernandi nauigandique optimam rationem ignorare, scripta moreque patrios perdiscere volentem. s. o. Quod ad hoc? n. o. Quod præscripta potius quam secundum artem agatur, quid dicemus, o Socrates? Vt puta si idē circa rem militarem, omnemque venationem, circa picturam quoque, & vniuersam imitationem, circa architecturam, & omnem instrumentorum (suppellectiliumque) effectuum, equorumque & armentorum omnium plantarum curam, circa vaticiniumque, & varium ministerium obsequium, circa talorum ludum, arithmeticam nudam, vel eam que circa planum, aut profundum, aut velocitatem tarditatemque est, constituitur. s. o. c. r. Certum est, si ita res habeant, atque omnes funditus subverti, neque deinceps vnquam renasci ob hanc ipsam legem que rerum nouarum indagacionem vetat. Vnde vita que nunc difficilis est, tunc potius etiam intoleranda fiet. n. o. Quid ad hoc? s. o. c. r. secundum præscriptas leges fieri singula cogemus, legibusque ipsis præficeremus virum quendam, vel consensu populi designatum, vel forte creatum, qui spiritus legibus, aut lucri causa, aut propria libidinis gratia alia quedam præter hæc que sunt instituta, impperitus rerum agere tentet, nonne hoc priori malo deterius? s. o. Maxime. n. o. Etenim quisquis cum impperitus sit, præter leges illas, que ex longo rerum vsu ab his qui gratiosè populo consultantur vt eas acciperet, persuaferunt, laxa sunt, committere aliquid audeat, scelus committit superiorit peccato longe deterius: ac multo magis quam scripte leges, officia vite confundat quicque peruerit. s. o. c. Magnopere. n. o. Quapropter legibus constitutis, altera iam quemadmodum dicitur nauigatio est, vt nemo quicquam vnquam præter illas facere permittatur, siue singuli, siue populus hoc conetur. s. o. Scite. n. o. Nonne imitatione quædam veritatis singulis hæc erunt, que ab intelligentibus pro virili constituta fuerunt? s. o. Nihil obstat. n. o. s. Atqui si recordamur, ciuilem reuera hominem atque peritum supra diximus multa sepe ex arte facturum præter instituta que antea scriperat, quoties potiora quedam iis que ab-

Si quisquam iores præficeret legibus, quid ita si sequeretur.

Leges esse veritatis imitationes.

sentib. transfinit, inuenisse putauerit. s. o. Diximus proculdubio. n. o. Nonne si vel singuli, vel populus ipse, cui leges prescripte sunt, preterquam quod illis legibus traditum aliud quiddam tanquam melius agere dicitur, idem pro viribus quod verus ille ciuili vir agit? s. o. Summo pere. n. o. s. Si qui igitur imperiti id agerent, imitari quidem verum ipsum anniteretur, peruerse tamen imitarentur. Si qui aut periti, idem contendant, haud amplius imitatio iam hoc, sed ludipsum verissimum erit. s. o. Omnino. n. o. Enimvero id iam ante inter nos conuenit, artem nullam multis competere. s. o. Conuenit certe. n. o. Ergo si ars quaedam regia facultas est, turba diuitum, & populus omnis scientiam hanc ciuilem nunquam nanciscitur. s. o. Nunquam. n. o. Oportet itaque respublikas eiusmodi, si quando veram illam gubernationem vniusviri arte imperantis pro viribus imitari sunt, nunquam quicquam praeter scriptas leges morisque patrios facere. s. o. c. Egregie locutus es. n. o. Eandem illam cum diuites imitantur, eam rem optimam gubernationem vocamus, quando vero leges pro nullo, quilibet, paucorum potentiam, s. o. Fortasse. n. o. s. Quinetiam quoties vnus secundum leges dominatur, scientem illum imitatur, regem vocamus, non distinguentes nomine illum, qui scientia solus imperat, ab eo qui opinio ac secundum leges solus etiam dominatur. s. o. Ita videtur. n. o. Nonne igitur si vnus vera illa scientia praeditus imperat, idem nomen hoc est regium, habet, nec alio cognomento appellatur? Nam ex quinque nominibus gubernationum ciuilium quas narrauimus, vnum solum hoc erat. s. o. Videtur. n. o. Quid porro? quoties neque ex lege, neque ex more quispiam dominatur, simulque scire se praeter leges rectius hoc ita fieri oportere, inest aut libido & ignorantia quaedam, quae imitatione ciuili non inducit, an non vir talis tyrannus est appellandus? Et maxime quidem. n. o. Hac ratione rex existit, ut diximus, & tyrannus, paucorum potentia, optimatum gubernatio, nec non popularis administratio, cum agere ferrent homines vnius imperium, differere itaque virum tale reperiri aliquando posse tanto imperio dignum, qui & possit, & velit virtute & scientia imperans, sancte & iuste suum cuique ius tribuere, timerentque praeterea ne forte vir vnus licentiam nactus, quem libet pro libidine legeret, & opprimeret, atque necaret, quoniam si talis quidam qualis figurauimus, nobis occurreret, amaretur profecto eius administratio, quae sola omnium rectissima est, conduceretque ad bene beatamque vitam. s. o. Sane. n. o. Nunc aut postquam non nascitur rex talis in ciuitatibus, qualis inter apum examinatam a principio tam corporis quam animi habitu vnus exterius antecellens necesse est, ut videtur cetero consulantium factio instruta conscribere, vestigiaque verissimi reip. illius percurrere. s. o. Sic apparet. n. o. s. Et miramur, o Socrates, quod in gubernationibus, huiusmodi mala quae fieri videmus, eueniant, venturaeque sint, eo iacto fundamento, quod non scientia, sed scriptis quibusdam institutionibus moribusque virtutibus in reb. agendis, quo si alia quaedam gubernatio vel ciuitas vtatur, certum est omnia funditus euerfuram. Aut illud fortasse mirum magis videri debet, quod robusta res natura ciuitas sita cum ciuitate nonnulla sic iam diu assecuta sint, permanent nihilominus, neque conuulsa multae tamen nauim instar submersae perierunt, peccant, atque peribunt, ob gubernatorum nauarumque

Qui res fit gubernatio.

Ciuitas forte natura robusta.

improbantem, qui in reb. maximis extrema quaedam ignorantia detinentur, quoniam cum reru ciuilium proflus ignari sint, in ista tamen plurimum sibi sapere videntur. s. o. Vera loquaris. n. o. Cum igitur omnes haec non rectae resp. sint, ad conuendendum difficiles, videndum quae leuissima, quaeque omnium onerosissima sit, quae res est minus ad id, de quo nunc agimus, pertinere videtur, tamen in vniuersum fortasse omnes omnia huius gratia facimus. s. o. Ita prorsus agendum. ho. E trib. vnam atque eandem facillimam simul, & difficillimam ferunt. s. o. Qui isthuc ait? ho. No aliter quam supra recitauimus ab initio huius sermonis consuli, tres scilicet esse ciuiles gubernationes vnius, paucorum, atque multorum. s. o. Erant & supra. ho. Singulis aut in duas diuisis, sex efficiamus, redamque ipsam velut septimam ab aliis secernamus. s. o. Quo pacto? ho. Vnius principatum in regnum, & tyrannidem distribuimus. Dominationem vero quae non multis competit, in speciem vna quae laudanda est, optimatum scilicet gubernationem, maiorem quae vituperanda, paucorum potentiam. At multorum administrationem tunc simplicem posuimus, popularem gubernationem denominantes, nunc vero & hanc duplicem esse dicamus. s. o. Quia igitur ratione diuidemus? n. o. Non alia qua reliqua, etiam si nomen huius sit geminum. Verum tam huic quam aliis commune hoc est, vt leges vel ferunt, vel transgrediantur. s. o. Est vtrique. n. o. Tunc sane redam gubernationem quaerentibus, partio haec nihil conueniebat, vt supra monstrabamus. Postquam vero illam segregauimus, ceteras vero necessarias duximus, in his iam legum vel custodia vel transgressio singulari bifariam partiantur. n. o. Ex eo qui nunc est dictus, sermone, ita videtur. n. o. Vnius igitur dominatio bonis coniuncta constitutionibus, quas leges vocauimus, sex illarum omnium optima est: legum experta dura est, & subiectis omnium onerosissima. s. o. c. r. Apparet. n. o. s. Gubernationem vero in qua non multi imperant, mediam censere debemus, quemadmodum quod paucum est, inter vnum multaeque medium obtinet: ceterum multorum administrationem per omnia debilem, vt pote quae ad alias comparata, nihil magnificum, siue bonum, siue malum efficere possit, propterea quod magistratus ad exigua redacti sunt, in multoq. diuisi. Quapropter legitimarum omnium rerum haec deterriua est, iniquarum omnium, optima. Ac si omnes imtemperatae sint, in populari praestat viuere: si temperate omnes, minime omnium iusta viuendum. In prima vero vitam agere potissimum est atque optimum, excepta septima. Illam namque ab omnibus aliis gubernationibus, non aliter quam ab hominibus. Deum fecerere decet. s. o. Videtur haec ita fieri atque contingere, & vt inquis, agendum est. n. o. Nonne igitur omnes harum rerum, ea sola quae cum scientia est, excepta, participes legere decet, vt pote qui non reuera ciuiles, sed seditioni viti sint, laruarumque ingentium praesides, imo larax ipse, simile maxime, maximique praestigiatorum, sophilatarumque sophilatae? s. o. c. r. Cognouimus hanc quae ciuiles dicuntur, competere iure videtur. n. o. s. Iam tandem ab arte ciuili Centauroz illam Satyrorumque choream vix tandem separauimus, quam supra cernere nos dicebamus, & a ciuili separandum arbitrabamur. s. o. c. r. Videtur. n. o. s. Durum praeterea quiddam his restat, quod eo difficilior a rege discernitur, quod illi est natura coniunctus, ideoque idem nobis

Tres principia res gubernationes.

Septem gubernationes, & eorum omnium pulchritudine comparatio.

Qua maior gubernatio.

Quomodo oratoria a ciuili distinguitur.

Scientiam rei militaris subiecta esse ciuili.

quod aurum purgantibus contigisse videtur. s. o. c. Quemadmodum. n. o. Terram & lapides, aliiq. permulta ab illo primum artifices separant: superfluum autem post haec cognatio quaedam auro pretiosiorique comixta, igni solo ab auro secerenda, as, argentum, quandoque etiam adamas, quae vix tandem facta ad ignem examine exploratur, aurumque purum patum videre nos sinunt. s. o. c. Ita de his fertur. n. o. s. Eadem ratione & nos videmur a ciuili nunc scientia vehementer aliena & longinqua admodum separata, proxima vero & honorata reliquisse. Quoru numero est, praefectura exercitus, iudicialis praetura, oratoria dignitas cum regia autoritate comunicans, dum quod iustum est, persuadet, & cum illa publicas res gubernat: quae si quis modo quodam facile segreget, nudum iam ac solum illum quem quaramus, ciuilem nobis offeret. s. o. Haud dubium est quin sit hoc omni studio conandum. n. o. Experientia quidem causa ipse patet, per musica vero patet: ceteras conandum. Ac de militi. s. o. Quid vis dicis? n. o. An est disciplina nobis alioq. musicis, & omnino artium quae manuum ministerio peraguntur? s. o. Est. n. o. s. Quid igitur, nunc & hic scientiam esse aliquam dicemus, quae doceat quae artium discenda sit, quae minus? s. o. c. Effe plane dicemus. n. o. s. Nonne hanc ab aliis esse diuersam fatebitur? s. o. c. Et hoc. n. o. s. Deinde nullamne earum, aut alteram altera dominari, aut hinc illas, aut illis hinc omnibus velut antistitem praesse dicemus? s. o. c. Eam quae de singulari artibus quanam descendit, & quae minus, diuidet. n. o. s. Et docenti igitur, & discenti impetere illam asserit? s. o. Proflus. n. o. s. Et eam quae iudicat, persuadente sit, an non, illi quae persuadere potest? s. o. Quidni? n. o. s. Persuasionem illam quae ad certam sit per consabulationem quandam, exortationemque potius quam doctrinam, cui potissimum scientia tribuimus? s. o. c. Constat oratoriae tribuendam esse. n. o. s. Cuius artis officium dicimus, iudicare vtrum vi an persuasione vti, & in quibus, & contra quos vti deceat? s. o. c. Eius quae persuadendi diem dique peritae dominatur. n. o. s. Est autem, vt arbitror, ea nulla praeterquam ciuilis hominis facultas. s. o. Praedare. n. o. s. Sic igitur protinus oratoria a ciuili facultate distincta videtur, vt species quaedam alia, ciuili isti subiecta. s. o. c. Certe. n. o. s. Quid insuper de hac facultate cogitandum? s. o. Quae? n. o. Quia pugnamus aduersus eos quibus bellum indiximus. Num artificiosam hanc, an artis expertem esse dicemus? s. o. Quis vero arte carere dicat, ea omnia quae imperatoriae, & quae militaris disciplinae sunt? n. o. Facultatem vero illam, quae consultando prudenter deliberare potest quibus cum bellum gerendum sit, vel pax ineunda, ni quid ab ea diuersam, an eandem cum illa putabimus? s. o. Diuersam, si quidem superioribus statum. n. o. s. Nonne si superiorum rationem sequimur, hanc quae de bello consultat, illi quae bellum gerit, dominari dicemus? s. o. Idipsum. n. o. Quam vero facultatem vere praeter regiam illam ciuiliam reum disciplinam potestissimam totius rei militaris arti praesse dicemus? s. o. Nullam proflus aliam. n. o. s. Scientiam igitur eorum quae exercitus ducunt, quia obediunt & seruiunt alteri, haudquaquam ipsam ciuilem facultatem ponemus esse. s. o. Haud sane decet. n. o. s. Age iam iudicium qui iustitiam iudicant, munus cogitemus. s. o. Cogitemus. n. o. s. Nunquid longius patet, quam vt circa contractus omnigenos quid iustum, quid non, consideret, & ad normam legu quas

rex ipse condidit, respiciens, de singulis iudicet, propria virtute semper adhibita, per quam neque muneribus, nec minis, nec misericordia, nec odio, nec amore legibus transgressis, mutuas accusationes dissoluit? s. o. Non aliud certe quam nunc abs te didicimus, iudicis est officium. n. o. Constat itaque vim iudicium non esse regiam illam maiestatem, sed legum custodem, regisque ministrum. s. o. c. Apparet. n. o. s. Quisquis artes quas memorauimus, cunctas considerauerit, cogitare debet earum nullam esse cui uilem quam quercimus disciplinam, quippe cum regie maiestatis officium sit, non vt ipsa quidem agat, sed vt agere valentibus imperet, cognoscaturque imperium & vim eorum quae in ciuitate sunt maxima, tum quid decorum, quid opportunum sit, quid contra: ceteras vero facultates iussa capessere, & mandata transigere. s. o. Optimum. n. o. s. Quamobrem artes ille quas modo narrauimus, cum neque suspitarum neque inuicem dominantur, sed singulae propriis quibusdam incumbat operibus, merito munus propriis propriae sortite sunt nomina quoque. s. o. c. Apparet. n. o. s. Eam vero quae cunctis his praesidet, legumque & omnium quae in ciuitate sunt, curam habet, omniaque contexit, merito communi appellatione ipsius facultatem comprehedentes, ciuilem scientiam nuncupamus. s. o. Omnino. n. o. s. Nunquid in praesentia fecimus tertiae facultatis exemplum percurrere hanc decet, postquam omnia quae in ciuitate sunt genera, patefecimus? s. o. Maxime. n. o. s. Declarandum deinceps, vt videtur, quae sit coninnatio regia, & qua ratione coplicet tertiaeque, qualemque texturam nobis efficiat. s. o. Sic est. n. o. s. Res quidem demonstratu difficilis: sed quoniam necessaria visa est, pro vobis declaranda videtur. s. o. c. Omnino declarandum. n. o. s. Quod enim virtutis pars a specie virtutis differat, facile potest aduersus etiam contentiosos homines multorum opinione probari. s. o. Haud intelligo. n. o. s. Sic forte intelliges. Fortitudinem arbitrari te puto partem aliquam virtutis esse. s. o. Penitus. n. o. s. Temperantiam autem a fortitudine esse diuersam, esse tamen eiusdem partem cuius est fortitudo, s. o. Ita. n. o. Mirum quiddam de his statuere audendum est. s. o. Quidnam? n. o. s. Quod duo haec quodammodo multis in reb. sibi inuicem plurimum aduersantur. s. o. Qua ratione id ais? n. o. s. Inauditum hoc, siquidem partes virtutis omnes mutua inuicem amicitia vicini dicuntur. s. o. c. Vtique. n. o. s. Consideremus itaque diligenter, vtrum hoc ita simplex sit, an differentiam horum maximam in cognatis quodammodo habeat. s. o. Nempse. sed dicas vbi considerandum. n. o. s. In omnibus quae eunque pulchra vocamus, & ad duas inter se contrarias species ea referimus. s. o. Dic aperius. n. o. s. Velocitatem vel corporum, vel animorum, vel vocum, huius horum ipsorum, seu etiam simulachrorum, quae cum que vel musica vel pictura exprimit imitando: horum tu quaequam vnquam vel ipse laudasti, vel laudantem alium audiisti? n. o. Quid igitur? n. o. s. Recordaris quomodo illa in vnoquoque istorum laudantur? n. o. Minime. n. o. s. Vtinam igitur possem haec ita, vt mihi ducere explicare verbis. s. o. c. Quid prolibet? n. o. s. Facile hoc, vt video, tibi videtur. quare ipsum in generibus contrariis consideremus. Haec sunt, quoties miramur rerum multarum velocitatem, vehementiam, acumen huius cogitationis, huius corpore, siue etiam voce, vna quadam fortitudinis appellatione solemus vti laudando. s. o. Quo pacto?

Quod indi-caria est res gestis pedalis qua.

Quae ciuilia scientia.

Qualis sit textura res.

